CAMILLI

PLAVTII PAEZONIS IVRISCONSVLTI FONTANELLATENSIS COMMENTARIA.

Ad l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. in quibus tota materia iurisdictionis mandatę, & meri, & mixti imperij pulcherrime enucleatur.

Et opiniones Doctorum inter sese dissentientiũ, mirum in modum concilian tur, & noua multa non minus subtiliter, quàm copiose traduntur.





PLACENTIAE
M. D. LI.

HOC OPVS DIVISVM EST IN *quatuor libros, & breuiter continet infrascriptas conclusiones.*

Liber primus continet infrascripta.

Primo præfationes 15. quæ uulgo premissa uocantur, quę mirum in modum conferunt ad intellectum huius materiæ. ĩ uerb. pfationes à nu. 8. usq; ad nu. 48.
Secundo Declarationes, & uarios intellectus ad hanc legem, cum opportunis declarationibus, ex quibus tota hæc materia remanet optime enucleata. in uerb. declarationes à nu. 12. usq; ad nu. 131.

Secundus liber continet infrascripta, uidelicet.

In uerb. specialiter.

Specialiter quomodo accipi debeat, & quę sint ea quæ specialr lege, uel senatus consulto, uel constitutione principis tributa dicuntur, & quare mandari nõ possint, numero 10. Deinde ponitur conclusio q, ea q̃ specialr tributa sunt mandari nõ possunt nu. 17. cum 10. ampliat. & 12. limitationib. usq; ad nu. 22. et ibi põnũtur quatuor breues cõclusiones, qbus omnia quæ mandari non possunt, continentur.

In uers. mandata Iurisdictione.

Iussus & mandatum in quo differant, nu. 6.
Locũtenens quid sit, & à quo constitui potest, & quam potestatem habeat, nu. 8. usq; ad nu. 19.
Locũtenens ab ordinario an constitui possit, q, non, numero 11. fallit septem casibus nu. 12. & 13.

Index

Iudex datus quid sit, & quomodo olim constituebatur, et à quibus, et quam potestatem habeat, et quid differat ab eo cui mãdata est iurisd. nu. 18. usq; ad nu. 47.

Differentiæ 16. Inter iudicem datũ, & eum cui mandata est iurisdictio, nu. 32. usque ad nume. 47.

Vers. quæ uero iure magistratus.

Iure magistratus quid dicatur cõpetere, nu. 2. usq; ad nu. 15. ubi per multas conclusiones declaratur iste terminus, quæ fere totam hanc materiam complectuntur.

Quæ mandari poßint, uide quinq; breues conclusiones, nu. 16. quæ uero mãdari nõ poßint, tradũtur p quatuor breues conclusiones in uerb. specialiter, nu. 17.

A qbus ãt mãdari poßit iurisdictio, uide nu. 17. ubi ponũtur. 15. cõcl. succĩte, ex qbus tota illa mã explicatur.

Magistratus quilibet, etiã minimus, an poßit iurisdictionem mandare, disputatur, nu. 34. usq; ad nu. 44. ponitur, nu. 45. conclusio q̃ sic, cum 10. amplia. usque ad nume. 55. cum 9. limita. nu. 56. usque ad nu. 64.

Magistratus municipales an iudices dare poßint, disputatur ad partes. nu. 65. usque nu. 73. & fit conclusio contra cõmunem, nume. 70.

Doctor an poßit iurisdictionem mandare quam habet in scholares, communis est q̃ sic, nume. 23. fit conclusio contra cõmunem q̃ non, nume. 74. & 77.

Delegatus an poßit mãdare iurisdictionem: fit conclusio cõmunis q̃ nõ, & hæc quæstio est duplex. nam in ea q̃ritur, an poßit iurisdictionẽ mãdare, et an poßit iudicẽ dare, et fit cõclusio q̃ delegatus nõ subdelegat, nu. 80. 81. 82. quæ ampliatur 8. modis, nu. 83. usq; ad nu. 86 limitatur 16. modis nu. 87. usque ad num. 119. ubi late enucleatur tota materia subdelegationis.

Liber Tertius.

Vers. & Ideo.

Verb.

Exercitatio.i. cognitio, nume. 1.

Cognitio differt ab aïaduersione, nu. 2. et an data cognitione cõtineatur diffinitio, nu. 3. Distingue. ut nu. 4.

Executio & pronunciatio, an differant, & an qui non potest exequi, posit pronunciare esse exequendũ, & de similibus alijs uide nu. 9. 10. 11. 12. 13. 14.

Vers. delegatam.

Delegatus ab ordinario in quibus differat, nu. 4. usque ad nu. 14. & de potestate delegati principis uide multa, nu. 15. usq; ad nu. 20.

Vers. huius rei.

Argumentum à contrario an sit fortißimum, nu. 3. 5.

Vers. non aliter.

Dispensatio in uno casu arguit ius cõmune esse in contrarium in alijs casibus, nu. 3. 4.

Specialiter tributa an mandari poßint in casu profectionis? firmatur conclusio contra cõmunem, q non, excepto casu legis Iulie, nu. 6. usq; ad nu. 10.

Profectio necessaria esse debet, nu. 11.

Cognitio causarum criminalium an posit mandari à preside, & ab alijs similibus sicut à proconsule, uidetur q sic, nu. 12. & disputatur usq; ad nu. 21. in contrarium est cõmunis opinio & uera, nu. 22. usq; ad nu. 32. & ita concluditur, nu. 33.

Infirmus an posit mandare ea quæ potest absens, cõmunis opinio est, q sic, nume. 34. contraria opinio est uerior, nu. 38. usq; ad nume. 52.

Occupatus publicis negocijs, an deleget ea quæ sunt specialiter tributa perinde ac si pficisceretur, cõis est, et uera opinio q nõ, nu. 53. q̃ limitatur, nu. 55. q̃ limi-

ta intelligatur iurisdictio.nu.34.usque ad nu.46.

Vers.iurisdictionem quidem transferri.

Vers.imperium.

Vers.Paulus not.

REVERENDISSIMO ET ILLVSTRISSIMO D. INNOCENTIO SANCTÆ Romanæ Ecclesiæ Cardinali de Monte Nuncupato.

Camillus Plautius Pezon Iuris consultus, Fontanellatensis Salutem ac fœlicitatem. P. D.



Væ sunt potissimum vię, quibus vita hominum illustratur, Res militaris,& literarum studia,inter hæc autem, iuris prudentiæ disciplina, aliis prestare, & auctoritate, & vtilitate mihi semper visa est,hęc est enim illa gloriosa, & præpotens philosophia, quæ vt ait Cicero,omnes philosophorum bibliothecas superat,hęc est vera illa, non affectata philosophia, sine qua nec regna cōstare possunt, nec ciuitates, nec quidem Domus priuate:hac enim & excoluntur animi, & tum metu pœnarū,tum spe pręmiorum,homines boni efficiuntur, & vnicuiq; quod suum est tribuitur, docemur etenim nutu, & auctoritate legum domitas habere libidines,coercere omnes cupiditates, nostra tueri, ab alienis mentem,ac oculos, & manus abstinere,quamobrem ab ineūte ętate laudis,et honorum studio incensus,ad hanc disciplinā perdiscendam me con

tuli, atq; in id studium incumbere cępi, in quo ita uersari constitueram, vt quos, neq; maiores mei, neq; opum affluentia, mihi comparauerat, honores, & splendorem, ex honesto labore assequi me rerer, & quasi studii fructus capere. Caeterum fortunae seuientis uolubilitate, ac procellis saepe iactatus, plerũq; destiti ab incoeptis, & non nisi per varios casus, & per discrimina rerum, portum attingere licuit, sed et quãdoq; in portu ipso naufragiũ timui. Demum fortunae fluctibus ereptus, amicorum studiis: potissimum autem ope Petri Pauli Arrigoni viri clarissimi, ac Cęsarei senatoris, optime De me meriti, cui ob miram in rebus agendis Dexteritatem, & singulare ingenium, optime conuenit illud Virgilianum.

Tu regere imperio populos Romanę memẽto, longo quasi postliminio, ad uetera studia renouanda me contuli. Cum itaque multa haberem prae manibus opera imperfecta, quae iamdiu interpretanda susceperam, mox turbulentis temporibus intermiseram, ex eis non nulla perfeci, quaedam etiam aliàs omnino intacta inchoaui & absolui, inter quae sunt commentarii iurisdictionis delegatae, quos exiguo tempore, (etiam occupatissimus) nuper conscripsi, quod opus cum mecum reuoluerem, cui potissimum dicare & consecrare deberem, cuius auspiciis in lucem atque in vulgum prodiret. Laura Pallauicina foemina clarissima, & Illustris. cui omne, quicquid habeo fortunarum, debeo, persuasit vt te prae caeteris eligerem, cui hosce commentarios

Dicarem,

dicarem, eum enim te esse ostendit, quod postea & fama:& re ipsa certius comperui, qui cæteros omnes, in sanctissimum illud cardinalium collegium cooptatos, splendore, & gloria, longe superes,& eum esse,cui, cum in ea dignitate sis constitutus,quæ regio splẽdori comparatur, quemq; olim ad summum pontificatum ascẽsurum esse omnęs augurantur,iurisdictionis,& imperii tractatus optime conueniat. Quam ob rem libentissimo animo Laurę,quam semper honoris causa nomino,consilium sequutus, hunc librũ qualiscunque est,tibi dico, & consecro:suscipe itaque vir eminentissime munus hoc qualecunque est, quasi quoddam tui pontificatus omen,& præsagium,& patere nomẽ tuũ,tametsi illustre, & pręclarum,hisce commentariis inseri,non enim venio,vt tibi laudem aut gloriam,quæ summa in te est,afferam:frustra enim hoc conarer,cum ei nihil addi possit,sed vt liber ipse, & cõmentarii ipsi,qui tuis auspitiis in vulgum sunt prodituri:fauoris aliquid ex nomine tuo consequantur, quę si tibi gratia esse cognouero, me oleum & operam, non perdidisse gratulabor, & ad maiora me accingam,bene vale,& me in numero tuorum habere dignare.

Horatius Plautius Pæzon ad Lectorem.

Qui Gallum eripuit tenebris, docuitq; soluto
Dotem ob adulterium haud perdere coniugio,
Qui rescripta almis expressit regia chartis
Hactenus ignoti nominis auctor erat,
Nunc mixti atq; meri imperij dat uela per undas
Fœliciq; natat per maria alta rate,
Quoq; modo iuris mandetur dictio monstrat
Ac pulchrum in lucem Plautius edit opus,
Ne carpas moneo nisi opus perlegeris omne,
Aut nisi tantũdem feceris ipse prius,
Quòd si contigerit placuisse, diem prope lector
Cætera conspicies ire per ora uirûm.

Bibliopola ad Lectorem.

TRactatum de rescriptis locupletissimum & ornatissimum ab eodem Auctore editum prope diem habebis lector charissime, nec non & eiusdem egregios commentarios ad l. gallus ff. de lib. & posth. quæ lex à nemine unquam intellecta fuit. Habebis item eiusdem in utraq; praxi perq̃ utiles commentarios ad l. cum mulier. ff. solut. matri. Interim quæ nunc in lucem eduntur boni consule, Vale, Placentiæ Calendis Septembris 1 5 5 1.

CAMILLI PLAVTII

PAZONIS IVRECONSVLTI Fontanellatensis Commentariorum ad l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdict.

LIBER PRIMVS.

Verba legis sunt haec, uidelicet.



Vaecunq; specialiter lege uel senatusconsulto, uel constitutione principum tribuuntur, mandata iurisdictione non transferuntur, quae uero iure magistratus cõpetunt mandari possunt, & ideo uidentur errare magistratus, qui cum publici iudicij exercitationem habeant, lege, uel senatusconsulto delegatam, ueluti lege Iulia de adulterijs, et si quae sunt aliae similes, iurisdictionem suam mandant. Huius rei fortissimum est argumentum q; lege Iulia de ui nominatim caueur, ut is cui contigerit exercitatio, posit eam si proficiscatur mandare. Non aliter itaq; mandare poterit, q̃ si ab esse coeperit, cum aliàs iurisdictio etiam à presente mandetur, & si à familia dominus occisus esse dicetur, cognitionem praetor, quam ex senatusconsulto habet, mãdare non poterit. §. Qui mandatã iurisdictionem suscepit proprium nihil habet, sed eius qui mandauit iurisdictione utitur. Verius est enim more maiorum iurisdictionem quidem transferri, sed merum imperium quod lege da-

tur non posse transire. Quare nemo dicit animaduersionem legatum proconsulis habere, mandata iurisdictione. Paulus notat, & imperium q; iurisdictioni coheret, mandata iurisdictione transire, quod uerius est.

habent

1 EXorditur Dec. in rub. huius tit. hanc materiã esse intricatam & difficilem, & ideo oportere diligenter insistere. Alci. in lib. Paradox. 2. cap. 1. in fi. uocat hunc tractatum delegationis hydram lerneam, utpote quæ tot exurgat ceruicibus, ut una auulsa plures nõ deficiant. Bal. in recollectis antiquis: ut refert Marti. lauden. & replicat Ias. hic in prin. ait hunc text. esse plenũ difficultatibus, tamen etiam ait ꝙ omnes philosophi non

potuissent

potuissent elegantiorem, & meliorem textum compone re. Amplius dixit Ful. se in alijs materijs studio camerario multũ profecisse, sed in hac materia nihil omnino unquã percipere potuisse: nisi uoce magistra in scholis. quod repetit Ias. in l. 1. ff. de iur. om. iud. de quo ego nullam admirationem capio, quia in hac materia traduntur à doct. quædam axiomata, & quædam conclusiones, & introducũtur quidam termini, & quædam fundamenta iaciuntur, seu presupponũtur adeo extranea à sensu, & uerbis ueterum iurisconsultorũ, ut credam apolline aliquo, aut uaticinatore opus fuisse, ad eliciendos legũ sensus à doct. excogitatos: et adeos menti ac uerbis legum adaptandos, et ad conciliandas inter se tot et tantas controuersias ex his sensibus resultantes. Ideo mirum nõ est si uir tam sublimis ingenij ex cõmentarijs doctorũ nihil unquã profecit, consultius credo fecisset, si leges ipsas omnes de hac re tractantes uidisset, ac perlegisset, anteq̃ ad commentarios doctorum se conferret; quod ego feci. non sum tamen tante audaciæ, ut putem me alijs ingenio & doctrina præstare, sed fateor minimum esse inter omnes, tamen ob hoc non duxi desperandũ esse: sed fretus Dei optimi maximi auxilio, qui sæpe reuelat paruulis, quæ uiris altißimo et acutißimo ingenio præditis occulta esse uult. ad quod facit tex. in l. 1. §. cumq;. in fi. & §. seq. C. de uet. iur. enucl. immensum hoc & procellosum iurisdictionum pelagus, in quo nemo est qui naufragium non fecerit: tenui cimba sulcandum duxi. quod si emensus fuero, & incolumis portum attigero, Deo optimo maximo, à quo omnia acceptum fero, gratias agam immortales: & gratulabor studiose iuuentuti, eam meo

ductu didiciſſe, quæ hactenus omnes latuerunt, ſin, ut cæteris contigit, procellis obrutus, ad optatū rem per lucere nō potuero, putabo tamen in re, tam difficili et ardua, non nihil glorie ex uoluntate et conatu, aſſequutum eſſe, cum in arduis ſatis ſit uoluiſſe.

2 In hac materia q̄ plures ueterum ſententias cōmuni ſuffragio comprobatas reijciam, non q̧ ueneranda uetuſtatis auctoritas parui apud me ſit momēti, ſed quia in ſcholis non quid alij ſenſerint, ſed quid uerius ſit, ſequendū puto, quod etiam labeonem feciſſe ſcriptum eſt l. 2. §. poſt hunc maxime. ff. de orig. iur. & ibi Zaſius & Cagnoll. tradunt, eo autem magis mihi ignoſcēdum erit, quod fere omnes cōcluſiones cōmuni ſuffragio pertinaciſsime defenſe, quas ego nō ſequar, nō ſunt uſu comprobate, quod etiam ipſimet fatētur, et ſalua rōne recti ſermonis ſuſtineri nō poſſunt, ut infra in diſcurſu latius demōſtrabo.

3 Velim præterea mihi ignoſcāt lectores amātiſsimi, ſi aliquāto uerboſius q̄ par ſit, aut quibuſdam uideatur, immorabor in ĩterpretatione huius legis: non id effeci quin neſciam tacere, nec quia neſciam uerboſitatem apud iuriſcōſultos uitio dari, ut in l. 1. ff. de orig. iur. & in l. ampliorē. §. ĩ refutatorijs. C. de appel. et in l. gallus. §. quidam recte. & ibi no. glo. & doct. & ego latius ſcripſi, & no. glo. in l. ex ea. in fin. de poſtul. facit text. in l. 1. ibi pauca de ſignificatione uocabuli. ff. ſi cert. pet. & in l. 2. uerſ. ſed & ſi aliquid ibi multo utilius eſt pauca idonee effundere quàm multis inutilibus homines pergrauari, & Cagnoll. in d. l. 1. nu. 16. ff. de orig. iur.

4 Sed cum noua et interdum inaudita ſim in medium allaturus, & oppugnaturus multa uetera, adeo infixa et impreſſa

pressa in animis hominũ ex aßidua lectione, ut uix euelli posse confidam, putaui paucis id agi nõ posse, maxime cũ mihi luctandum sit cum omnibus, qui hactenus legem hãc interpretati sunt, qua in re, me tuebitur Plinij auctoritas lib. 2. Epist. ubi ait q̃ licet placeat sibi breuitas, tamẽ non eam usquequaq; custodiendam putat, sed ita demum si causa permittat, alioqui (ut ait) præuaricatio est, transire ea quæ dicenda sunt, præuaricatio est, cursim et breuiter attingere ea quæ sunt inculcãda, infigenda, repetẽda, nam plerisq; longiore tractu uis quædam, & pondus accedit, & ut corpori ferrum, sic oratio, non ictu magis q̃ mora imprimitur, adde omnino quæ tradit ad hoc propositum Io. neuiz. in sil. nuptial. fo. 7. col. 3. & 4. non
5 *omitto q̃ plerũq; diffusius res tractanda est, ut euitetur equiuocum l. ita fidei. ff. de iure fisc. Bart. & Bal. in l. si quis intentione ambigua. ff. de iud. quia plerũq; breuitas parit obscuritatem, secũdum glo. in prohem. digestorum. §. pen. in uerb. compẽdium. & in. l. testamẽtum. C. de testa. et cũ res clarius exprimitur, nõ dicitur quis superflua loqui l. 1. in fi. in princ. C. de curat. furios. Fel. in c. quoniam. col. 9. & ibi Dec. in col. 1. de const. & quis nõ põt nimis clare loqui ad tollẽdũ sofisticas dubitationes, maxime ꝑpter tirones simplices l. fere. C. de ind. uidui. toll. Dec. in c. significantibus. de appell. & in consi. 113. col. 2. & Marsil. in l. 1. §. si seruum. ff. de quest. Maxime cum simus in materia quotidiana, quæ plenius attingenda est l. legaui. ff. de lib. leg. Cacialup. in. repet. c. 1. de feud. cog. in primis uerb. franch. in repet. c. si pater, de testa. lib. 7. in præfatione, Ancha. in rub. de reg. iur. lib. 6. in prin. Cepol. in auct. sed nouo iure. C. de ser.*

fug. Bart. in l. apertißimi. C. de iudic.

6 Antequam me conferam, ad hanc legem interpretandā: non ab re duxi, me nōnulla p̄fari oportere. sine his enim uix aliquid inchoandum esse semper existimaui. per tex. in. l. 1. in prin. ff. de orig. iur. et tradit Bart. in rub. ff. de acqui. hered. in princ. præfationes. n. nos libentius ad lectionem inducunt, et rei de qua agitur, euidentiorem præstant intellectum; d. l. 1. ff. de orig. iur.

7 Maxime autem principia quædam omnino, sunt ostēdenda: quia uniuscuiusq; rei potentißima pars, est principiū. l. 1. ff. de orig. iur. hinc ait Arist. 1. ethic. plusquam dimidium uideri principiū; et q; multa ex his, quæ sequūtur, manifestantur ex principio. et ignoratis principijs, reliqua ignorare necesse est; et ècontra cognitis principijs, multo facilius extrema intelliguntur. Hinc dixit Bal. in l. unic. §. 1. C. de caduc. toll. q; maior est defectus fundamēti, q̄ medij, uel finis. nam principium, et fundamētum, principiati, & super edificati deesse intelligitur. seqtur Soc. in cons. 99. col. 10. uol. 3. & ideo Cagnoll. in d. l. 1. nu. 26. tirones monet, ut dent operam principijs, et terminorum intelligentiæ; ex auctoritate Bal. in l. 1. ff. de iust. & iur. qui ait, q; principia sunt tanquā porte, p quas ingrediendum est, & in quibus nemo debet errare; quia paruus error in principio fit maximus in fine, de quo pulchre Barba. in c. 1. col. 4. ut lite nō contest. & ut tradit Ang. in cons. 110. incip. sanctißima, rep̄hensibile ē, prius determinare, q̄ terminos intelligere. et nisi sciātur principia artis, prsus necesse est ignorare principiata. refert et seqtur Ioan. Rug. in repet. rub. de cā poseß. et p̄priet. in princ. & Io. Neuiz. in silua nupt. fo. 39. col. 2.

Curandum

Curandum est autem oĩno, ut uera iaciãtur fondamenta. alioqui, ut dictũ est, ex philosopho. Paruus error in prin. est maximus in fin. ut patet in itinerantibus. quod refert Io. neuiz. in silu. nupt. fo. 129. col. 2. & dato uno incõuenienti, plura sequãtur necesse est: auth. ut iudic. sine quo quo suffr. §. an certe col. 2. l. ratas. C. de resci. uẽd. Barba. in c. edoceri, col. 5. nu. 31. de rescrip. ubi appostil. idẽ Barb. i. c. cũ uenissent. col. fin. nu. 58. de iudic. et ex uno errore alius seqtur, ut inqt Cy. in l. 1. C. ne qs in sua cã.

8 Igitur in primis scire oportet, q. aliud est imperiũ, aliud iurisdictio: ut patet in hac l. 1. §. fin. ubi ait, quòd iurisdictio transfertur, sed imperium, non transit: in l. imperiũ. ff. de iurisd. om. iud. et ibi Bar. et cõmuniter doct. ubi tradunt diffinitionem iurisdictionis, et imperij. largo tamẽ sumpto uocabulo, secũdum doct. iurisdictio, comprehendit etiam imperium, non solum mixtum, sed etiam merum: ut tradit hic glo. & Bart. & Alex. & alij cõmuniter, & Alexan. in consi. 35. nume. 2. uol. 4. no. in l. 1. & in l. imperium. ff. de iurisdict. omni. iudic. Bald. in l. fin. ff. de const. prin. Bal. in l. penul. ff. de acqui. possess. de mixto est tex. in hac l. 1. in fin. ubi mandata iurisdictione, transit etiam imperium, quod iurisdictioni cohe ret: quod nihil aliud est, quam mixtum: d. l. imperium. est etiam tex. in l. fin. infra hoc titulo, ibi imperium, quod non est merum. ideo autem continetur iurisdictionis appellatione, quia illi cohe ret, d. §. fin. et d. l. imperium. De mero imperio q. iurisdictionis, appellatione contineatur: est tex. secũdum cõiter doct. in hac l. 1. in pri. et in l. si in aliquam. §. fin. ibi plenissimam iurisdictionẽ iuncta. l. seq. ff. de offi. procõs. et in l. solet. in uerb. uniuersam. ff. de iur.

om.iud.et in l.1.C.de offic.procõsul.quod adeo receptũ est, ut omnes id uno ore fateãtur, adeo ut uideatur quodam modo nefas disentire à tam inueterata, & ferè omniũ suffragio recepta sentẽtia. Hinc nõ dubitauit Bart. dicere in tit. de pace const.§.1.uerb. criminalib. illum non esse sani capitis qui de hoc dubitet.

9 Contrarium tñ nõ illepide tẽtari potest, differunt enim uerbo imperium & iurisd.ergo & in sensu l.si idem.C.de codicil.& ibi not.glo.& Bal.& Sal. & Alex. quod autem differãt satis patet ex hac l.1.§.fi.et ex l.imperiũ.ff.de iur.om.iud.ostẽditur etiam uis diuersa ex ethimologia uocabuli: imperium enim ab imperãdo descẽdit, ut patet ad sensum et tradit Alcia.in c.quod sedem.de offic.ord.Iurisdictio autẽ à iure dicẽdo appellatur l.1.§.damus.ff.de suspect. tut.& ideo scribitur per c, & t, nõ autem per t.tãtum, ut tradit Dec.in l.imperium.col.5.nu.29.ff.de iur.om. iud.& imperium significat pceptũ, ac iussionẽ, ac potestatem hinc Virg.ait Imperio læti parẽt: et imperare est iubere l.idonei et ibi glo.ff.de testib.et l.legis uirtus.ff. de legib. iurisdictio aũt est dictio, seu redditio iuris l.2. §.post originem.ff.de orig.iur.& tradit Dec. in d.l.imperium, num.29.& significat cognitionem ipsam & decisionem causarum ciuilium, in quibus imperium nõ uersatur, ut patet ex diffinitione tradita per Bart.& doct.

10 in l.imperium.ff.de iur.om.iud. Item cum dicatur merum.i.purum & liberum imperium, nõ uideo quomodo possit cõprehẽdi in iurisdictione, quia cum primum iurisdictioni coherere ĩcipit, aut in ea cõtineri, nõ potest dici merum, sed mixtum est.l.imperium.ff.de iur.om.iud.cũ autem separatum est, et sic merum est, tũc nõ potest cõtineri

tineri in ea re, à qua separatum est, et distinctũ, sic etiã Tripho appellat merũ ius gentium in l. bona fide. ff. depositi. & Pompon. merum iudicis officiũ in l. stipulationum alie. ff. de uerb. oblig. & Paul. merum factum in l. qui res. §. qui rome. ff. de solutio. nimirum significantes ius gentium purum à ciuilibus, et pretorijs præceptis segregatum, et iudicis officium solum à ius dicẽtis auctoritate, non à contracto pẽdens negotio. Deniq; purũ factum ab omni datione seiũctum, sic etiam merum imperium nihil commune habet cum iurisdictione, à qua seiũctum est, quod etiam sensit Ioan. Corras. in miscell. iur. ciuil. lib. 3. cap. 17. & ꝙ dicatur imperiũ merum, quasi liberũ, tradit Bart. in l. imperiũ. in prima q̃st. meri imperij. ff. de iur. om. iud. & Cagnoll. in rub. ff. de orig. iur. nu. 30. licet nõ in hoc sensu. Verius est enim ꝙ merũ significat, & exponitur. i. purum, ut per glo. instit. de diuisi. stip. in uerb. mero, & glo. in l. quis res. §. mihi rome. in uerb. merum. ff. de solutio. & Ang. & Alex. in l. stipulationũ alie, nu. 3. ff. de uerb. oblig. & illud dicitur merũ quod est abstractũ ab omni substantia alterius rei, secũdũ Alex. in d. l. stip. nu. 5. et dicit Bal. in c. cũ inter. de consuet. ꝙ merũ dicitur purũ & sincerũ. allegat Archid. in c. statutũ. §. insuper. de rescrip. lib. 6. et tex. in c. 1. de cõsuet. & in c. dilecti. de accusat. refert et sequitur Felin. in c. 1. col. 3. in fi. de offic. iud. quæ sequuntur cõiter docto. & per hæc meo iudicio non recte, dicit Bart. in d. l. imperiũ, in d. l. 1. ff. de iur. om. iud. & in hac l. 1. cum ait ꝙ merũ imperũ continetur in iurisdictione, & hanc opinionem hic tenebo propter subiectam materiam, nam in d. l. imperiũ. tractatur de imperio mero qđ

competit magistratibus, non de eo quod residet in princi pe:ut patet ex rubrica quæ ita cõcepta est:de iurisdictio ne omniũ iudicũ. Idem dico de titu.nostro,in quo agitur de officio eius cui mand.est iurisd. qua mãdata nõ tran sit imperium merũ.ut hac l.1.§.qui mandatã,& sic sal tem in materia nostra, in qua agitur de iurisdictione mã danda à magistratibus,sine dubio non cõtinet imperium merũ.d.§.qui mãdatã.& per Fely.in c.qđ sedẽ,col.fi. uersi.cogitabã.de offi.ord.& ibi Alciat.col.11. uersi. fallit tertio.nu.50.de quo articulo infra alio loco latius, et diffusius tractabo in uers. cũ als. nu.4.cũ mult. seq.
11 lib.3.Scire etiã oportet, ꝙ iurisdictio oĩs,aut est ꝓpria, aut aliena. propriã doct.appellãt ordinariam.aliena aũt appellatur delegata,seu mãdata.ordĩariã appellãt doct. eam quæ radicata est,ac initiũ principaliter sumit in ꝑ sona ipsius cui datur.ita declarat Bar. & oẽs in l.mo re,& l.& quia.ff.de iuris.om.iudi.& hæc ꝓpria esse dicitur magistratus illius,cui data est:& sua iurisdictio recte appellatur.d.l.more.& l.unica.C. qui pro sua iu risdi.& etiãibi in rub.sic ergo recte dicitur iurisdictio, ꝑtoris,iurisdictio proconsulis, aut præsidis,aut alterius similis magistratus qui iurisdictionẽ habet. Delegata au tẽ seu(ut rectius loquar)mãdata iurisdictio, dicitur illa quæ non est radicata principaliter, nec principium su mit in persona eius cui mãdatur:sed in persona alterius s.mandantis.d.l.more,& l.sequen. & ita ibi declarat Bar. & sequũtur omnes doc.& hic qui habet mandatã iurisdictionem,propriũ nihil habet,ut hac l.1.§. qui mã datam.sed utitur aliena iurisdictione.i.eius qui manda uit.d.§.qui mãdatam, & dicitur illam iurisdictionẽ ha
bere

bere alieno beneficio.d l.more. & agit non pro suo imperio, sed pro eo qui mãdauit.l. & si p̃tor,inf.hoc titu. et sic exẽpli cã iurisdictio p mãdatũ à p̃tore ĩ aliũ trãslata,dicitur adhuc iurisdictio p̃toris: non aũt iurisdictio illius cũ mãdata est.In qbus aũt differat is q habet iurisdictionẽ delegatã ab ordinario,tractabimus ĩfr.ĩ uerb.delegatã.nu.4.cũ mul.seq.ubi enumerãtur.13.differẽtiæ.

12 Nunc in proposito ego appellabo ordinariã iurisdictionẽ illam quã princeps cõstitutione sua alicui ĩmediate dat: seu defert.uel lex,uel senatusconsultũ, uel consuetudo. d.l.more.Mandatam appellabo eam,quæ aliena est, quã scilicet nec lex defert immediate,nec cõstitutio, nec senatusconsultũ,sed ab alio mandatã,lex confirmat.d.l.et quia,& sic hmõi iurisdictio immediate nõ defertur à lege alicui, sed mediate.i.ministerio alicuius magistratus mediãte,q ꝓpriã habet iurisdictionẽ,et illam mandat,ut sunt Prætor, Procõsul,Præses, uel aliqs alius magistratus.

13 Et ita mãdat ut noĩe mãdãtis agatur.l.et si p̃tor, ibi iurisdictionẽ exeqtur nõ pro suo ĩperio,sed pro eo cuius mãdato ius dicit ĩfr.hoc tit.et ĩ l.solet,ibi is cui mãdata ẽ iurisdictio, fungitur uice eius q mãdauit,nõ sua. ff.de iur.om.iud.put ĩfr.dicam: licet forte alij reclamabũt:qa nemo hoc dicit.sed hoc ĩnuit tex.ĩ l. et qa.ff.de iur.om.iu.et uidetur exp̃ssum ĩ.d.l.et si p̃tor,et ĩ.d.l.solet.trãsfertur tñ iurisdictio ĩ mãdatariũ,ut hac.l.i.§.fi. ibi iurisdictionẽ qdẽ transferri, et sic habet iurisdictionem iste delegatus secũdũ cõem opi. tñ licet sit trãslatã iurisditio,ille qui mandatũ habet:aliena iurisdictione utitur:nõ sua.d.§.q mandatã,hoc est in eñ:ut doc.dicunt. usus tm̃ iurisdictionis trãsfertur.& Bar.in l.ait p̃tor.

in princ. ff. de re iudic. & ibi mod. per tex. in d. §. q mādatam, & ibi glo. et doct. et nihil habet propriū. d. §. qui mādatam. et alieno beneficio habet l. more. ff. de iur. om. iud. et sic licet præses, uel prætor iurisdictionem mādet, & licet trāsferatur, illa iurisdictio sic mādata, et trāslata, tñ adhuc dicitur iurisdictio presidis, seu prætoris, i. eius q mandauit, prout etiam actiones mandate, adhuc dicūtur illius qui mandauit, non eius qui suscepit manda
14 tum. & propterea ego credo q̃ acta eius, q mādatam habet iurisdictionem, debeāt concipi nomine alieno. i. nomine mandātis. Puta, talis qui habet iurisdictionem mādatam à tali, sic statuit: prout etiam procurator agit nomine domini, uti ꝓcurator. l. 3. §. et qd'. de curatore. uers. & si quid est. ff. iudic. sol. glo. in l. pen. in fi. glo. magne. ff. qui satisd. cog. Bart. in l. 1. §. nūciatio, col. 1. uers. qd si procurator. ff. de op. no. nunc. & ibid. late Alex. col. 3. nume. 14. & hoc bene nota, quia nemo ita aperit.
15 Scire etiam oportet, q̃ ex his qui iurisdictionem habent, alij sunt magistratus, alij sunt sine magistratu, et sic sunt priuati, tamē ius dicūt, hoc colligitur ex l. si in aliquā. §. fi. ff. de offic. procōs. ibi qui rome, quasi magistratus, uel extra ordinē ius dicunt, & hi qui sunt sine magistratu, appellantur iudices priuati, de quibus meminit Suet. in Claudio, & Bude. in. l. fi. § iudicandi. ff. de mune. & hono. & hoc innuit tex. in l. fin. ibi mandata iurisdictione priuato, inf. hoc ti. de his dicetur, infra eo. nu. 35. et inf. in uers. mādata iurisdictiōe, nu. 32. li. 2. ubi habebis sexdecim differentias, inter iudicem datum, & eum cui mādata est iurisdictio: ab alijs non animaduersas.
16 Scire ēt oportet, q̃ ex ijs qui iurisdictionē habent, aliqui

cam

eam mādare possunt, aliqui nō possunt, et regulariter is qui iurisdictionem habet suo iure, eam mādare potest, q uero alieno beneficio habet, mādare nō potest, d.l.more, & ibi doct.ff.de iur.om.iud.de quibus uidebimus, infra lib.2. in uers. iure magistratus.nu.34.usq; ad num.64. ubi quo ad primam regulam uidebis, nu.45.decē ampliationes, & nu.56. nouem limitationes, quo ad secūdam regulam uidebimus, infra in .d.uers.iure magistra.num. 80.usq; ad nu.119.ubi uidebis octo ampliationes, et sexdecim limitationes, alibi non cōgestas, et de his q possunt delegationē facere, uide qndecim cōclusiones, inf.in.d. uers.iure magistratus.nume.17.usq; ad nume.33.

17 Præterea scire oportet, q iurisdictio omnis aut competit iure magistratus, aut specialiter tributa est, ut hac l.1.in princ.iure magistratus eam competere dico, quæ in erectione alicuius magistratus tributa est generalis, & sic quod ex generali iurisdictione competit, iure magistratus competere dicitur, puta in cōstitutione pretoris, quicquid ei iniunctum est, dicitur ei competere iure magistratus sui.i.iure preturæ. Idem dico in cōsule & pro consule, & præfecto, et alijs, ut quod cuilibet ex eis, datum est, in generali iurisdictione sibi tradita, dicatur competere, presidi iure presidatus, proconsuli iure proconsulatus, prefecto, iure prefecturæ, edili iure edilitatis, et sic euenire potest, q aliquid alicui competet iure magistratus, qđ alijs non competet, quia nō omnibus data est par iurisdictio, ut infra dicam. Cōpetūt etiam iure magistratus, ea quæ quisq;, ex edicto suo statuit, & sic quicquid ex edictis pretorijs descēdit, hoc est ius pretorium, procul dubio p̄tori cōpetit iure magistratus sui.i. iure suæ

18 pretura, hoc enim proprie est ius pretorium. l. Ius autē. §. 1. ff. de iust. & iur. et inst. de iure nat. gent. et ciui. §. ptorū, & dicitur ppria pretoris iurisdictio, inst. de perpet. & tempo. act. in princ. ibi, eas uero, quae ex propria pretoris iurisdictione pendent. & appellatur ius honorarium: ab honore pretoris. l. 2. §. eodem tēpore. ff. de orig. iur. & dicitur ius magistratuum. d. l. 2. §. ita in ciuitate. Ideo hoc ius sine dubio iure magistratus competere dicēdum est: licet specialr competat ipsi pretori; ex quo pretor ipse plerunq; uerba concipit in personā suam, puta iudicium dabo, aīaduertā, & quid simile. exēplum est in l. 4. §. ptor ait, ibi in ius sine pmissu meo, ne quis uocet. ff. de in ius uoc. & in l. sed si hac. §. penul. eo. tit. & in l. si quis ex argentarijs. §. pretor ait, ibi causa cognita edi iubebo. ff. de ede. & l. iurisgentium. §. pretor ait, ibi pacta seruabo. ff. de pact. in l. pretor ait. §. deinde ait, ibi uim fieri ueto. ff. de op. no. nū. de quo uide latius, infra, lib. 2. in uers. iure magistratus, nu. 1. cum mul. seq. ubi oīno uide, quia hoc uerbum declaratur p octo conclusiones.

19 Specialiter autem tributū intelligo, id quod nominatim, & particulariter, & in specie, tributum est alicui, post magistratum: lege uel senatusconsulto, uel constitutione principis, idest post generalem iurisdictionem, huic magistratui datam: puta cum quid emergit noui, quod noua decisione, seu nouo ordine indigeat, princeps super hoc constitutionē facit, in qua nominatim cauet, quod pretor, uel tribunus, uel consul, uel alius quiuis magistratus, per eū nominatim expressus ī constitutione, eius rei cognitionē habeat. haec cognitio illo casu dicitur specialiter, & nominatim tributa illi magistratui, à lege seu constitutione prin-

20 principis.l.unica.C.ne lic.potẽt. q. si nihil exp̄sse cauisset: nec alicui nominatim cognitionẽ illam mãdasset, nõ diceretur illa cognitio specialr tributa alicui, sed ex generali iurisdictione, cõpeteret magistratibus similem iurisdictionẽ habẽtibus.l.2.in fi.C.de uet.iur.enu.quod summopere nota; quia in hoc ego insistam, licet alij exponãt specialiter.i.in priuilegiũ, et iure magistratus.i.quod minimis magistratibus competit, & ita se habet cõmunis opinio. et sup his duobus falsis fundamẽtis fundate sunt omnes conclusiones, cõmuniter recepte in hac materia. quas falsas esse demõstrabo, latius aũt quõ accipi debeat uerb.specialiter, ostendetur infra, lib.2. in uerb.specialiter. ratio autẽ quare specialiter tributa, mandari non possint, uidenda est omnino. infr. in uerb. specialiter, nu. 10. ubi omnino uide: quia multum cõfert ad introductionem materiæ presentis.

21 Scire etiam oportet, q. non omnis iurisdictio mandari potest, etiam ab his qui mandandi potestatem habent; non loquor de imperio. hoc enim regulariter non transfertur, ut hac l.1. §.qui mandatam, & l.nemo potest.ff. de regul. iur. & l. solent. ff. de offic. proconsul. & hoc pro regula tradunt, hic omnes docto. de quo imperio tractabimus. infr.li.4.§.q mãdatã.in uer.imperiũ. nu.1.cum mult.seq.& ibi uidebis regulam, cum tribus ampliationibus, et limitationibus. 18. de causis autem mixti imperij uidebimus, in uersi. Paulus not. numero.2.& nume. 61. eodem libro. ubi adest regula. cum 35. limitationibus: sed loquor de iurisdictione. ex hac enim ea quæ specialiter, & nominatim alicui tributa sunt, non mandantur; ut hac l.1, in princip. ea uero quæ

cōpetūt iure magistratus intelligo, ut supra dixi, possunt mādari: ut hac l.1. uers. quæ uero, & hæc bene nota, q̄a cardo totius materiæ de qua nunc agitur consistit in significatione, et sensu horum uerborū specialiter, et iure magistratus, q̄ perperā à doc. exponūtur, ut infra latius
22 ostēdā. ℂ Scire ēt oportet, q̄ nō oīs magistratus habet æqualē iurisdictionem, sed prout placuit principi uarie in uarios distributa est: prout ēt olim à populo romano factū est. ut cōstat. l. 2. §. quo ad magistratus, cū multis seq. ff. de orig. iur. aliqui enim litibus iudicandis, aliq̄ ædibus reficiēdis, aut uijs publicis, aliqui annonæ, aliqui fideicōmissis, aliqui monete uidēde, aliqui carceris custodie, aliqui rebus capitalibus, aliqui moribus ciuiū cohercēdis p̄ficiebātur: ut patet in discursu, d. l. 2. sic hodie in
23 dn̄io Mediolani preter amplissimū illū Senatū toto orbe celeberrimū, cuius preses est MARCVS Barbauaria uir illustris, æq̄tate, prudētia, ītegritate summus. adsunt questores reddituū Cæsareorū. Itē magnus cācellarius. Itē thesaurarius generalis. Item prefectus annonæ. Item Collateralis generalis. Itē prefectus sanitatis. Item uicarij generales, & uicarius prouisionum. Item capitaneus iustitiæ. Itē uicarius iustitiæ. Item pretor. Item uicarius p̄toris. Item iudex galli. Item cōmissarius taxarum. Item iudices aquarum. Item iudex datiorum. Item referendarius. Item iudex monetæ, et alij multi, q̄ uariā. qui quāq; diuersam habeāt iurisdictionem, uix referri potest, nec unus habet similem alteri, & interdū quod minimis datur, maximis non competit, immo nulla est species iurisdictionis, siue parua, siue minima, quæ omnibus magistratibus cōpetat, ut uidebimus infra in uerb. iure magistratus

24 *stratus.lib.2.* Omnis enim iurisdictio apud principē resi det, d.l.2.§. nouissime.l.1.ff. de consti. princ.l.1. ff. de offi.pfec.pto.l.1.§.cum enim lege.C.de uet. iur. enucl. Alexā.in hac l.1.nu.3. & omnis potestas creandorum magistratuū ad eū spectat, c.unic.quæ sint regal.in usib. feud.et nemo officialis ullā habet iurisdictionē, nisi quatenus ei tributa est à principe, ut not.glo.de pac. cōstā. in uerb: criminalibus, & Bal.in authē. cassa.C.de sacro san.eccl. & Ias.in l.gallus.§. & quid si tm̄.pen. char. col.2.ff.de lib. & posth. & ibi ego latius scripsi. et Alexan.in cōsi.24.col.1.uol.5.Barb.consi. 42. colū.pen. uol.3. & Bal.in cōsi.161.proponitur, uol.3. Soci. in cōsil.275.col.7.Dec.in cōsi.8.col.1. Cagnol. in d.l.2. in prima parte, uersi.fin.nu.190. ff. de orig.iur.qui princeps, cum omnibus per se nō sufficeret.c.ualde.94.dist. c.mandamus, de psump.l.percipimus, & l.iubemus. C. de appel. Ideo magistratus constituit, quibus iurisdictionem & imperiū pro arbitrio suo distribuit, nō omnibus equaliter: ut per Alex.hic, et Bello.in trac.de offi.eius.

25 nu.11. nec secundū gradū dignitatum cuiuslibet: aliqñ enim maximis uiris paruas administrationes tribuit: ut in l.si quādo.C.de appel. & in auth.de defenso.ciuit.§. interim. ubi etiam illustres cogūtur assumere magistratum defensoris, q est de minimis magistratibus, ut hic tradūt omnes doct. & sic potestas & iurisdictio non est distributa secundū gradus dignitatū, sed secundū qualitatem administrationis, seu magistratus qui ex arbitrio principis cōstituti sunt: & ideo argumentū de uno magi

26 stratu ad aliū nō est bonum, etiam si subsit maior dignitas, potest enim esse q unus erit inferioris dignitatis, uel

paris, & tamē habebit maius imperiū et maiorem iurisdictionē, q̄ habeat alter, q̄ ē ī pari, uel maiori dignitate: ut ē tex. in d. l. si quādo. C. de appell. et tradit Bart. in l. 1. §. si quis. ff. de appella. & hoc loco fatetur Dec.
27 Aliud enim est dignitas, aliud est magistratus, ut probat tex. in l. si quādo. C. de appell. hac ratione, ego dū essem scholaris, in publica disputatione cōcordaui opinio. doct. inter se disceptantium, de gradibus magistratuū: pleriq; enim existimant quinque esse gradus magistratuū, et ita se habet cōmunis opi. secundū glo. in hac lege 1. in prin. in uerb. tribuūtur, alij tres tantū autumant: ego dicebā, q̄ re uera tres tantum sunt ordines magistratuum, per tex. in auth. de appel. §. illud. qui tres ordines continent omnes omnino cuiuscūq; dignitatis.
28 Dignitatum autem quā plures sunt gradus: nam et præter cæteras dignitates, hic à doctoribus īculcatas, adest etiam dignitas perfectißimatus. l. 1. C. de perfectißima. dignitat. & equestris dignitas. l. 1. C. de equest. dign. & non est dubium, q̄ supra illustrem dignitatem, adest aliq̄s gradus dignitatis altior. hoc enim ꝑbat tex. in auth. ut ab illust. & qui super eam dignit. et ibi in rubri. & clarius in l. si quando. C. de appell. ibi, siue illustri dignitate decoretur, siue etiam maiori: & sic cōmunis opinio procedit, quo ad dignitates, quæ sunt non solum quinq;, sed etiam plures. alia opinio procedit in ordinibus magistratuū, quā tenent Ang. & Fulg. in hac l. 1. et Guliel. de cun. in l. imperium. ff. de iuris. om. iud. & Alciat. libro tertio, dispunct. cap. 4.
29 Scire etiam oportet, q̄ tota materia delegationis est fundata in cōsuetudine, l. more. ff. de iur. om. iud. & hac l.
1. §.

.1.§.fin.& est stricti iuris,ut tradit Alex.in d.l.more. nu.5.et non recipit extēsionem,nec habet rationem,nisi quod sic placuit,ut dicam infr.hoc eod.lib.in declaratio. nu.63.& 64.

30 Scire etiam oportet,q mandata generaliter iurisdictione totum officium,iurisdicendi transit,l.1.§.damus.ff. de suspect.tut.idest omnis iurisdictio,illius magistratus, qui mandat iurisdictionem:nō autem aliorum.l.unic.C. qui pro sua iurisdictione, & per hoc euenire potest,q mandatum generale iurisdictionis factū ab uno magistratu,minus transferet,q̄ alterius,finge enim q magistrātus municipalis,aut defensor, mādet iurisdictionem suā, proculdubio nemo dicet,q transferat tantam iurisdictionem,quantam procōsul. ea autem quæ specialiter tributa sunt,nō transeunt,ut in hac l.1.in prin.quia non cōtinentur in iurisdictione generali,illius magistratus.i.pretori nō cōpetunt,iure preture,nec proconsuli,iure procōsulatus, nec præfecto iure præfecture, sed ex speciali cōmißione principis,aut legis,aut senatusconsulti.

31 Scire etiam oportet,q etiam minimi magistratus aliqua habent,quæ mādari nō possunt,et aliqua sibi specialiter tributa sunt à lege,uel senatusconsulto,uel constitutione principis,licet sint minimi magistratus:& sic nō ualet consequētia,hoc uel illud competit magistratibus municipalibus,ergo mandari potest, nec econtra, hoc uel illud non competit magistratibus municipalibus,ergo mandari nō potest, quicquid dicant doc.qui cōiter cōtra sentiunt.Talis enim non potest cōstitui regula,qa falsa est, nam multa sunt, quæ magistratibus municipalibus tribu-

32 ta sunt, quæ tn̄ indellegabilia sunt:prout tradit etiam

Fulg.in hac.l.1.& Alcia.in c.quod sedem.de offi.ord. nu.69.& 70.exemplum est in tutoris datione quæ est indelegabilis,l muto.§.tutoris.ff.de tutel.l. nec mandā te.ff.de tut.& curat.dat.ab his.tamen data est hæc po testas,hmōi magistratibus.insti.de attil.tut.§.pen.et l. ius dādi.ff.de tut.& cu.dat.ab his. exemplū est etiā in modica castigatione in seruum, quæ magistratibus muni cipalibus non denegatur.l. magistratibus. ff. de iurisdi. om.iud.tamen indelegabilis est l.nemo pōt.in uerb. cu ius libet alterius cohertionis.ff.de reg.iur.quicqd dicat Bar.in l.impiū.ff.de iur.om.iud. Hoc dico casu quo ca stigatio accipi debeat ibi pro pena corporali, ꝑut uolūt oēs doc. qđ tñ an uerū sit,infra declarabo,lib.3.uers.et iō.nu.36. ècōtra āt multa denegātur magistratibus mu nicipalibus, quæ tñ delegari pñt. exemplū est in restitu tione in integrū,& mißione in possesßionē ex causa dā ni infecti, uel legatorū seruādorū causa.l.ea quæ.ff.ad municip.quæ tñ delegari possunt.l. cognitio.§.ut bono rū.infra hoc tit.l.fi.C.ubi & apud quē,& hæc bene no ta,quia cōis opinio est in contrarium: de quo articulo la tius infra disputabitur. sed tene conclusionem meā pro uera,quia nulla lex constituit regulam hanc à doct.ex cogitatam, quæ tm̄ profluxit ex errore, dum putant iu re magistratus intelligi de his quæ competunt,& cōmu nicata sunt omnibus,etiam minimis magistratibus, ut fa cit glo.in hac l.i.in uerb.iure magistratus, & sequun tur cōiter doct.quæ expositio falsa est,ut dixi:& latius dicam.in uers.iure magistratus,nume.1.cum multis se quen.lib.2.& per consequens corruit etiam regula ista quæ exinde profluxit.c.cum paulus.1.q.1.

Item

33 Item scire oportet q. defensores ciuitatũ & magistratus municipales non sunt idem, quod patet ex diuersitate nominum. l. si idem. C. de codicil. & ex diuersitate titulorum, nam in codice separatus & distinctus est titulus de defensor. ciuitatum, à titul. de magistratibus municipalibus. & ita sentit Dec. in l. magistratibus. ff. de iurisdictio. omnium iud. & colligitur ex l. fina. C. de iudi. ibi uel apud defensorem locorum, uel duumuiros municipales, & paulo infra, circa fi. ibi uel defensoris locorum, uel magistratuum municipij, unus enim eligebatur defensor, duo autem magistratus municipij, ut colligitur ex d. l. fin. Item magistratus municipales ex decurionibus eligebantur. l. 1. ff. de albo scri. & l. 1. C. de mag. municip. & l. honores. ff. de decurion. Defensores autem non ex decurionibus eligebãtur, sed ex alijs. l. 2. C. de defenso. ciuita. & in authen. eod. titu. §. interim. & ita etiam sentit Alciat. in lib. 3. dispunct. cap. 5.

34 Duumuiri autem et magistratus municipales idem sunt, & colligitur ex tex. in d. l. fina. C. de iudic. quos enim primo uocauerat lex duumuiros municipales, paulo infra eosdẽ uocat magistratus municipales. Idem etiã colligitur ex l. 4. §. duas. ff. de damno infect. quos enim primo appellat lex magistratus municipales in d. l. 4. §. duas. & in l. 1, eodem titu. eos deinde uocat duumuiros in d. §. duas. in uersi. & si forte. & ita exponit ibi glos. in uerb. duumuiros. & ita se habet communis opin. licet Socinus in l. 1. ff. quis & à quo, contra sentiat, & Alciatus in libro secundo Paradox cap. 15. in fin. qui postea rectius sentit in dispunct. libro secundo, cap. quinto, quod autem scribit Alciat. in d. cap. 5.

lib.2.dispunct. & in l.de cubili.C.de priuil.corũ,qui in sac.pall. mil.lib.12. hos duumuiros municipales habere gladij potestatem,fallitur quia omnino eis denegantur, ea quæ sunt imperij.l. ea quæ.ff. ad municip. de qua re al's latius tractabo.

35 Scire etiã oportet q̃ differũt inter se, uicegerens seu locum tenens, & is cui mandata est iurisdictio, & iudex datus seu delegatus,loquor de iure ciuili,quod in multis sequitur ius canonicum,tñ interdum ius canonicum habet terminos separatos ,interdũ etiam dum putauit sequi uestigia iuris ciuilis,errauit,quia recens est hoc ius, & longe post pandectas compilatas constitutum,in quo constituendo summi pontifices cõsilio,& opera doctorũ usi sunt, qui iam imbiberãt falsas opiniones iuris ciuilis.

36 Ideo plerunq; dissentit ius canonicum à uero sensu iuris ciuilis,tñ illud seruandum est in foro suo c.2. de arbit. lib.6.& c.2.de reg.iur.eo.lib.Bart. in l.priuilegia.C. de sac.san.ecc.abb.in c.clerici. de iudi. Alex. in consil. 23.num.9.uol.3.& in cons.167.num.5.&.6. uol.2.

37 Vicegerens autem seu loci seruator, seu locũ tenẽs, regulariter non põt cõstitui,nisi in casibus specialibus,ut in auth.de mand.princ.§.illud,uersic.eos autem. & in auth.de defens.ciui. §. nulla. & in.§. si uero egerint, & in auth.de admini§t.§.illud aũt.& in auth. ut nulli iudi.in prin.et in.§.maiorẽ.& in auth.de tabellio.§.1. & in auth.de colla.§.ad hæc prohibemus,est aũt uicegerẽs,qui & loci seruator plerunq; dicitur:ut patet ex locis allegatis, et hodie locum tenens uulgo appellatur, ille qui substituitur in locum absentis uel mortui:ut tradit Bart.in l.2.C.de offic.eius qui uic.alter.ger. & est

ordinarius

ordinarius, c. romana, et ibi glo. in princ. in uers. generaliter, de appell. in 6. l. præcipimus, in princ. et ibi Bart. C. de appell. c. sua, & ibi not. Inno. de offic. uic. glo. 25. dist. c. plectis, et in c. 2. de offic. uic. glo. & doct. in l. nec quicquam. §. ubi decretum. de offic. proconf. hostiē. & Io. And. in c. 2. ne prel. uic. suas Alex. in rub. huius titu
38 li, nu. 15. Et potest omnia q̃ potest ille, in cuius locū seruit, l. 2. C. de offic. eius qui uic. alte. ge. l. 1. §. hi quibus, uers. à p̃fecto. ff. de leg. 3. & in auth. de colla. §. ad hæc prohibemus, excepto ultimo supplicio, ut d. §. ad hæc, et non potest dari à p̃sente, ut patet ex locis allegatis, & maxīe, ex d. §. ad hæc. ī auth. de colla. Addit aliud Bar. ꝙ iste loci seruator, seu uicegerens, constituitur tantum à principe, et à prefecto pretorio, per tex. in d. l. 2. C. de offic. eius qui uic. alt. ger. & d. l. 1. §. hi quibus, uers. à prefecto. ff. de leg. 1. & in auth. ut nulli iudi. in princ. & §. ad maiorem. Quod est uerum regulariter, per tex. in auth. de mand. princi. §. illud. uers. eos autem, fallit tñ in casibus, quos exprimit tex. in auth. de coll. §. ad hæc. & in auth. de defens. ciuit. §. nulla, & in auth. de admini. §. illud.
39 Is autem cui mandata est iurisdictio, est ille qui habet tātum ea quæ competunt iure magistratus, & sic specialiter tributa, non habet, ut hac l. 1. in princ. & propriū nihil habet, ut hac l. 1. §. qui mandatam, sed alienam iurisdictionem, l. & si pretor, infra hoc titulo. & sic non est ordinarius l. more. ff. de iur. om. iud. & non constituitur à prīcipe, sed ab ipsomet magistratu, dari solet. l. more, ubi doct. ff. de iurisd. om. iud. & tradunt doct. in hac l. 1. & præsenti potest mandari iurisdictio, ut ait

tex.in hac l.1. uers.cum alias. & non habet merum imperium.l.nemo potest.ff.de regu.iur.l.solet, in princ.ff. de offi.proconf.nec habet alia, q̃ specialiter tributa sunt, ut dixi, & hoc etiam sentit Paul.de cast.in l.2.inf.hoc titulo, et Riminal.ĩ hac.l.1.et Nicolaus bellon.cæsareus senator preceptor meus in suo eleganti tractatu, quẽ inscripsit, de offic.eius cui mand.est iurisdictio, nu.97.

40 Iudex datus est is qui litigantibus à pretore dabatur, de quo oĩno uide, quæ ego late scripsi, inf.ead.l.in uers. mã data iurisdictione, nu.18.cum mult.seq.lib.2. & oĩno uide ibid.16.differentias, nu. 32.cum mult.seq. nunc tñ perstringam terminum, pro introductione iuuenum, dic ita q̃ is dabatur iudex, ex numero eorum, qui ex lege cogebantur esse iudices in causis priuatorũ, eligebantur.n. multi à pretore, uel ex ordine equestri, uel ex senatorio, prout lex iubebat, et hi appellabantur iudices selecti, & habebãt à lege potestatẽ iudicandi, habitu tñ, erant enim priuati & sine magistratu, et ideo per se iudicare nõ poterant, nisi iussu pretoris accedente, tñ illa potestas erat sibi data à lege, ꝓut de tutoris datiõe ĩ magistratibus municipalibus olim obseruabatur, inst.de act.tut.§.sed hoc iure.l.ius dandi.ff.de tu.et cur.dat.ab his l.ubi absunt. ff.eo.tit.l.lucius.§.cum test.ff.de admin. tut. habebant

41 enim hoc ius à lege, d.l.ius dandi. Ita tamen si interueniebat iussus presidum, d.§.sed hoc iure. Idem obseruabatur in his iudicibus, quos lex interdum datos, interdum delegatos appellat. Vnde ex his quos supra diximus selectos iudices uocari, postea pretor cum oriebatur controuersia iudicio dirimenda, forte unum uel plures, prout expediebat, ex illis quorũ nomina in urna reposita erãt,

sorte

119 homines in coniecturanda mente legis tacita, propter nimiam subtilitatem. ut inquit Bald. in l. precibus. col. 7. uers. dixi ergo de duob. C. de impub. & alijs substit. & plerunq; fallimur, dum legis rationem, per coniecturas nos assecutas credimus: ut inquit Alciat. in l. nominis, & rei. §. uerbum. ff. de uerb. sign. cum igitur lex sanxerit, q̃ ea quæ specialiter tributa sunt à lege, uel senatusconsulto, uel cõstitutione principis, mãdari non possunt.
120 & clare & lucide loquatur, ego eam obseruabo. et cum ipsa non distinguat, nec ego distinguam. l. de precio. ff. de public. Dicam itaq; q̃ etiam causa leuis, si fuerit specialiter tributa à lege, non erit delegabilis. exemplum est in l. unic. C. ne lic. pot. nã illa dispositio, procul dubio habet locũ in omni cã, etiã leui, in qua quis assumit patrociniũ potentiorum. & nihilominus, committitur specialiter à principe, illa cognitio, ut patet ibi. Item dicã, q̃ etiam in minimis magistratibus, interdũ potest fieri talis cõmissio specialis. quid enim uetat, quominus etiam in minimis, adsit sublime ingenium, et industria singularis, cum
121 non in honoribus, sed in cerebro, & in animo talia consistãt? et interdũ deterior possit meliora sentire, quã alius q̃ honestior habetur. l. 1. §. sed neq;. C. de uet. iur. enuc. alioqui si haberetur rõ tm̃ honorũ, et maior ĩdustria in-

telligeretur in maioribus, sequeretur q pretor posset de legare cognitionem super nece domini, quam ex senatus cõsulto habet, prefecto urbis, aut alteri magistratui; qui in sublimiori gradu sedet, quàm pretor. & nihilominus nemo hoc admittit, nam nec paribus, nec maioribus talia mãdari possunt, p hũc tex. in prin. q autẽ in minimis interdum eligatur industria persone, etiam ex eo patet q hodie magistratus municipales tutorem dare possunt, qa hoc eis permissum est. l. 3. ff. de tut. & cura. dat. ab his, consul non poterit, quia hoc ei non est pmissum, l. muto. §. tutoris. ff. de tutel. Videte ergo quãtum errent doct. nostri qui talia metiuntur ab industria præsumpta, & à magnitudine honorum. de quo dixi supra nu. 20. & 21.
122 Maxime autem certa ratio reddi non potest, quia primũ ex more et ex consuetudine hoc introductum est; ut hac l. 1. §. qui mãdatam. quæ consuetudo plerũque ex errore introduci solet. l. quod non ratione. ff. de legib. & non solet extendi ad alium casum: ut tradit Bart. in auth. qui rẽ. C. de sac. san. eccl. Iaco. bel. in c. i. in prin. tit. q feud. dar. poss. Bal. in auth. si quas ruinas. C. de sacr. san. eccl. & in l. etiam, in princ. ff. sol. mat. & in l. si pupillorum. in fi. ff. de reb. eo. Cald. in cons. 11. de feud. Imol. in c. ex parte. colum. fin. eod. titul, in l. quod dicitur. ff. de uerb. oblig. & Alex. qui dicit hanc esse cõmunem opinionem, & Ruin. in cons. 9. in princ. lib. 3. & Tiraquel. in trac. de iure primogenit. quest. 16. in fin. nu. 9. fo. 243. Ideo cum non debeat extendi, frustra querimus rationẽ. satis est enim q presumitur bona cõsuetudo: ut per Bal. in c. cum unissent col. 3. de eo qui in poss. miss. Quiescamus
123 igitur in his rationibus, quæ à lege exprimuntur, & legum

gum mentem ex uerbis ipsis claris eliciamus, & sequamur. legesq; ipsas, quales late sunt: obseruemus, non autẽ quales nobis ferendas fuisse uidetur. maxime quia disputatur de re, quæ qualitercũq; accipiatur, non repugnat rationi naturali, nec ex eo aliquid iniquũ, aut contra ius gentium resultat. sed sunt quædam quæ ex consuetudine ipsa, & ex moribus inueteratis, ac ex placito principis, penitus dependent sine alicuius iniuria. Quod igitur scriptum est sequamur. l. prospexit. ff. qui & à quib. & Fel. late. in c. si quãdo. nu. 9. de rescript. et ibi Dec. in fi. & doceamus discipulos nostros uerum sensum uerborũ: ut discãt ueros sensus legum non minus latarum, q̃ ferẽ-
124 darum ex uera, & recta ratione latini sermonis exprimere. per tex. in l. plautius. in fi. ff. de aur. & arg. leg. et per ea quæ tradunt doct. in l. si de certa. C. de transact. & equum ab iniquo discernere. non autem uerba cauillationibus ad sensus nostros, & ad placita nostra deflectere, maxime per inauditas & nusquam receptas uerborum significationes: quæ nullo modo admitti debent. l.
125 labeo. §. 1. ff. de supell. leg. hinc ait Quintilia. lib. 5. c. fi. q. iurisconsultorum summus labor circa uerborum uim, & proprietatem uertitur. Quod etiam probat Tiraq. in tract. de nobilitate. c. 31. fo. 188. num. 456. & nu. 458. deniq; ait lex oportere aliquid specialiter tribui ad hoc, ut mandari non possit. uult ergo lex q. exprimatur. quia
126 non potest dici specialiter commissum, quod non est expressum. & sic tacita electio non potest dici specialiter, & nominatim facta: ut etiam dixi supra eodem nume-
127 ro. 36. & 37. Instat Rimi. contra opinion. Fulg. & ait q. modica cohertio specialiter. i. nominatim, committitur

magistratibus municipalibus l.magistratib.ff.de iurisd. om.iud. & in auth.de defensor.ciuit.§.audiēt.ideo hac ratione attēta dicēdum esset delegari non posse, ex quo specialiter tributa est.quæ tamen secundum eum delegatur.ut infra hoc tit.l.fin. Item prætori committitur secundum eum, specialiter officium dandi bon.possessionē l.2.ff.de offic.præto.ideo dicendum esset non posse delegari, tamen delegatur.l.cognitio.§. ut bonorum.infra hoc titulo.dic q ex responsis prudentum non fit specialis cōmißio; nec ex edictis prætoris, nec ex generali cōmißione. ut dicam inf. lib.2.in uerb. specialiter, nu.18.
128 &.20. Deniq; potest responderi falsum esse q modica cohertio de qua loquitur tex.in d.§. audient.poßit mandari.uerius est enim non posse delegari, per tex.in l.nemo potest.ff.de reg.iur.ibi cuiuslibet alterius cohertionis.tex.autem in d.l.fin.loquitur de cohertione, quæ coheret iurisdictioni, ex quo illi coheret, ut hac.l.1.in fin.secus est in illa castigatione, quæ stat per se principaliter, & sic uenit appellatione meri impij.de qua loquitur.tex.in d.§.audiēt.tex.autem in d.l.magistratibus. loquitur de castigatione sine imperio. de qua dic, ut inf.
129 lib.3.in uers.et ideo, nu.34.usq; ad nu.41. Cagnol. ad hanc.l.nouum affert intellectum quem ait germanū eße, & ex eo meram, & puram mentem iurisconsulti elici, & ait q omnia quæ specialiter & in priuilegium à lege, uel senatus cōsulto, uel cōstitutione principis tribuūtur (cuiuscūq; speciei iurisdictionis sint) delegari nō poßunt, quæ uero iure magistratus cōpetunt (cuiuscūq; qualitatis, et gradus iurisdictionis sint) mādari possunt. & sic nullo modo restringit uim illius uniuersalis dictionis

nis quecunq;. q̃ posita est in principio legis, sed generaliter intelligit uerbum, ut iacet, & sumit, ut complectatur quamlibet speciem iurisdictionis, siue sit meri imperij, seu mixti, seu simplicis iurisdictionis. & per consequens hanc regulam, & hanc conclusionem generalem hic à iurisconsulto traditā, generaliter & indistincte intelligendam eßse; ut procedat in omnibus & quibuscūq; causis, siue sint imperij, siue iurisdictionis. dūmodo prædicte causæ specialiter, idest in priuilegium sint tribute & date, ut nequeant mandari. & propterea iurisconsultus uolens ostendere, q; non de solo imperio loquitur in principio legis, sed de qualibet specie iurisdictionis, usus est uerbo iurisdictionis quod latam habet significationem: & comprehendit tam imperium quàm iurisdictionem; secundum Doct. in l. imperium. ff. de iuris. om. iud. & Dec. in hac. l. 1. col. 4. & sic ex hac lege colligitur q; causæ cuiusq; speciei iurisdictionis specialiter, & in priuilegium tradite, & commiße. per delegationem transferri non poßunt, eadem ratione generaliter & indistincte accipi debet, tex. in uers. q̃ uero: ut quecūq; competant iure magistratus, siue sint imperij, siue sint iurisdictionis, mandari poßint; dummodo competant omnibus magistratibus. & secundum hunc intellectum nō restringitur. tex. in d. uers. quæ uero, ad causas simplicis iurisdictionis, ut faciunt glo. & Doct. hic, sed intelligitur generaliter procedere, in omnibus causis meri ac mixti imperij, et simplicis iurisdictionis, quæ iure magistratus competunt. cum hæc omnia sint delegabilia; ut per Bart. & alios, & in d. l. imperium, & in d. l. iubere cauere. ff. de iurisdic. om. iud. ex quib. Cagn. ipse uir

alioqui eruditißimis, gloriatur sensum huius legis à se
130 enucleatum esse, melius, quàm unquam fuerit. Ego fateor quòd uerba uniuersalia habent latißimam significationem, ut dixi supra. eod. numero. 2. tamen dico quòd restringenda sunt ad materiam subiectam: ut ibid. dixi, nume. 5. Itaq; dic non iniquum esse, immo pulchrum q uerb. quæcunq; pertineat tantum ad iurisdictionem quæ mandatur; non autem ad imperium. ut ibi dixi. & uerbum iurisdictio imperium non continebit. per ea, quæ dixi supra, in præfationib. numero. 9. maxime quia lex habet pro indubitato, quòd is cui mandata est iurisdictio non habeat imperium. & quòd imperium nõ poßit transferri, ut in. §. qui mandatam, ibi quare nemo dicit. Ideo istud principium non loquitur de indubitabili. l. quod labeo. ff. de carbo. edict. maxime, quia superfluum esset deinde eadem repetere in d. §. fin. quæ hic in principio dicta sunt. ideò ego puto q hoc tamen loco, ratione subiectæ materiæ, iurisdictio nõ comprehendat imperium. Itẽ dico ineptum esse exponere specialiter, idest in priuilegium. Item uerba illa iure magistratus, scilicet q competant omnibus, etiam minimis, ut dixi supra. in præfatio. numero. 17. & 19. & supra. eod. numero. 52. & 55.

131 Alciat. præceptor alio sensu accipiendam putat hanc legem, qui ueritati proximior est, quàm quisquam alius. tamen nec ipse metam attigit: in quibusdam enim deficit. & ait breuiter in c. quod sedem. col. 24. nume. 30. uers. ista conclusio. de offic. ordin. q ea quæ specialiter, idest nominatim & in specie, lege uel senatus consulto, uel constitutione principis tribuuntur, non poßunt delegari. quæ uero competunt iure magistratus, idest eo

ipso

ipso quòd aliquis est creatus in officialem, puta quia factus est prætor, uel præses; ea possunt delegari. postea connumerat inter ea quæ specialiter tributa sunt, merum imperium. ego probo hunc sensum. intelligendo tamen & declarando, prout ego feci supra in sensu à me dato, & in præfat. numero. 23. & infra dicam, lib. 2. in uerb. specialiter, & in uerb. iure magistratus. tamen non probo id quod dixit de mero imperio. nam illud imperiũ, non ideo non transfertur mandata iurisdictione, quia specialiter sit tributum, nõ enim ulla lex hoc dicit: sed quia more maiorum ita compertum est; ut merum imperium non possit transferri, ut hac. l. 1. §. qui mandatam, & l. nemo potest. ff. de reg. iur. & l. solent. ff. de offic. procons. & sic ego teneo q in principio legis nostre non fiat mentio de imperio, nec exempla subiecta sint imperij, sed iurisdictionis, ut dicam infra, in uerb. exercitationem, lib. 3. & in. §. qui mandatam, lib. 4. Itẽ suo sensu recepto oportet præsupponere q merum imperium in casu profectionis mandari possit, & in casu ualetudinis aduersæ, & debilitatis, prout tenẽt cõmuniter Doct. in hac. l. 1. ego autẽ teneo q de iure ciuili nullo casu mandari possit merum imperium à lege datum. & q ex mandato nunquam transferatur, sed tantum constituendo locum tenentem, in casibus in quibus locum tenens constitui potest: de quibus infra suo loco tractabimus. è contra autem puto q merum imperium descẽdens ex edictis magistratuum transferri possit his casibus quibus ẽt iurisdictio mãdari potest: ut postea demonstrabo, inf. lib. 4. in uerb. imperium, & inf. lib. 5. uers. non aliter nu. 6. & num. 34. cum mult. seq. quod non esset si

ſimpliciter ſequeremus Alciat. præceptorem. Item putat ipſe, quòd in hac lege noſtra iuriſdictionis appellatio, contineat etiam merum imperium. quod mihi non placet, ut dixi ſupra in præfationibus. numero 9. & dicam latius lib. infra, in. §. qui mandatam. Item dum dicit ꝙ eo ipſo, quòd quis eſt magiſtratus talia habet, & hæc ſunt delegabilia, non uidetur bene loqui. quia etiam datio tutoris competit eo ipſo, quòd quis eſt preſes, uel pretor. Idem dico de poteſtate dandi iudicem, & interponendi decretum in alienationibus minorum, & alijs ſimilibus: tamen non delegantur. Ideo ſequere ſenſum, quem ego ſupra tradidi. qui tamen in multis conſonat ſenſui præceptoris mei. à quo tamen hoc non didici, quia uix annum eum audiui, poſtea autem eo defuncto, cum in magiſtratu eſſem commentarios ſuper hac l. cõfeci. quibus fere perfectis, in manibus ſumpſi commentarios quos ille ſcripſit ſuper c. quod ſedem. de offic. ordin. & ex eis multa deprompſi operi meo opportuna. ea præcipue ratione, ne illum debita gloria fraudarem.

FINIS PRIMI LIBRI.


CAMILLI PLAVTII

PÆZONIS IVRECONSVLTI Fontanellatensis Commentariorum ad l.1.ff. de offic.eius cui mand. est iurisdict.

LIBER SECVNDVS.

L.1. Verb. Specialiter.

Vocabulorũ disputatio ptinacibus est relinquenda.nu.1.
Verborum cognitio maxime necessaria est iurisconsulto.numero.1.
Significatio inaudita uerbi nõ est admittenda. nu.2.etiã si magna p̃sumptio urgeat in contrarium.nu.5.
Incõuenienti dato plura sequũtur.nume.2.
Error modicus in principio, maximos in progressu excitat errores.nume.2.
Specialiter multis modis accipitur.nu.5.6.7.8.9.
Ratio quare speciali͠r tributa non poßint mãdari. nu.10.
Neglecta uidẽtur quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notentur.nume.11.& 12.
Plebiscito specialiter tributa, mandari non p̃nt.nu.14.
Plebiscita pro lege obseruantur.nume.14.
Imperare sibi nemo potest.nume.15.
Iurisdictio pretoria mandari potest.nume.15.& quare neceßitas parendi imponitur, q̃n aliquid specialiter cõmittitur.nume.15.
Magistratus municipales non possunt mandare ea, quæ

1 

ICET *soleat dici, q; uocabulorũ disputatio pertinacibus sit relinquẽda: ut per glo. et doct. in rub. ff. solut. matr. et Ias. in. §. sic itaq;. inst. de action. tamẽ illud intelligendum est de inutilibus uocabulis, hoc est cum disputatur sup uocabulis, quorũ notitia uno mõ magis quàm alio, ƥfutura nõ est.* At *in cæteris nemo dubitat quin maxime necessaria sit iuriscõsulto uerborum cognitio. l. scire leges. ff. de legib. l. labeo. ff. de supell. leg. l. non aliter. ff. de leg. 3.* Hinc dixit Ang *ignominiosum esse iurisperito ignorare propriã uerborum uocem, & prius determinare q̃ terminos intelligere*

telligere. hinc etiã ait Arist. in 1. elench. q qui uirtutes uocabuolrum ignorant facile decipiuntur, & idem in 1. ethi. ait q nisi nomen sciens cognitio rei perit: Ideo ait Afflict. in probem. constit. regni, col. 2. q iurisperiti sem per debẽt põderare uocabula, quod labeonem fecisse scri bit Gell. lib. 3. c. 10. ubi ait q Antistius labeo latinarũ uo cum origines rationesq; percalluit: eaq; pcipue scientia ad enodãdos plerosq; iuris ciuilis laqueos utebatur. qd' adeo necessariũ putauit And. Tiraq. in tract. de nobilit. c. 31. fol. 438. ut crediderit neminem iuriscõsultum euadere posse nisi eum qui pure, & latine loqui sciat, quã rẽ etiam plurimum cõmendat Ioã. Neuiz. in sua silua nupt.
2 fol. 39. col. 2. Ideo summopere laborãdum puto, in hac materia ut uerba legum ad unguem cognita & pcepta habeamus, et fide interptemur. et general'r in hac materia dãda est oĩno opera, ne patiamur ullo mõ uerba pperam interptari, nec ad inauditas, ac latinis auctoribus, ueteribusq; iurecõsultis ignotas significationes trahi. p tex. in. d. l. labeo. ff. de sup. leg. & per alia supra alleg. maxime aũt hoc obseruãdũ est in his, in quibus cardo rei uertitur. alioqui. n. in maximos errores prolaberemur. qa dato seu admisso uno incõuenienti multa sequũtur, ut in auth. ut iud. sine quoquo suff. §. an certe, et l. ratas. C. de rescin. uẽd. et tradit Barb. in c. edoceri. col. 4. de rescrip. et in c. cũ uenissent. col. fi. nu. 58. de iud. ẽt si sit modicus error. nam in principijs paruus, maximos in progressu excitat errores: ut dixi supra in præfationib. num. 8. ueniamus ergo ad declarationem uerborum, maxime eorũ in quibus totius rei cardo uertitur. & in primis uideamus, quomodo accipi debeat hoc loco uerbũ specialiter.

3 Hoc uerbum non unam habet significationem, sed multis modis accipitur: ut per Soc. in hac l. 1. col. 1. primo enim specialiter commissum dicitur, quod uni tantum, non autem alijs fuit mandatum. exemplum est secũdum Soc. in potestate animaduertendi in caput ciuis Romani, q̃ potestas denegata est consuli, q nihilominus habebat regiã ptãtẽ. l. 2. §. exactis deinde. il scđo. ff. de orig. iu. deinde specialiter data est quæstori paricidiorũ. d. l. 2. §. et qa, ut diximus, Itẽ ut ait Soc. posteaq̃ omnis potestas translata est in principem, ipse princeps potestatem gladij cõcessit soli præfecto urbis, non alteri. l. 1. §. itẽ solent. ff. de offic. præfect. urb. sic etiam secundum eum licet præses & proconsul, & alij qui prouincias regunt habeant gladij potestatem ex generali concessione. l. illicitas. §. qui uniuersas. ff. de offic. præsid. tamen dicuntur eã specialiter habere. quẽadmodum habebant magistratus Romæ: quorum omnium uice funguntur. l. si in aliquam, in fi. ff. de offic. procons. Idem est in præfecto qui in locum omnium magistratuum absentiũ creari solet. l. 2. §. deinde cornelius, uers. quotjes. ff. de orig. iur. ad hoc facit quod uulgo dici solet initium spectari solere, & sic qualis fuit res ab initio, talis durat. c. dudum cũ ibi not. de elect. l. clam possidere, in princ. ubi Ias. not. col. 2. de acqui. possess. licet transeat in aliam personam, quia surrogatũ sapit naturã eius cui subrrogatur. l. 1. §. hæc actio. & ibi Bart. ff. si quis test. lib. esse iuss. fue. l. si eũ qui iniuriarum, & ibi Bart. & Doc. ff. si quis cautio. l. unic. §. 1. & ibi Doc. C. de rei uxo. actio. et. §. fuerat. ubi lo. fab. col. fin. & Ias. col. 2. inst. de action. cum simil. Se-
4 cundo modo dicitur specialiter concessum eo ipso qđ est

aliquid

aliquid maioribus mandatum seu commissum, & minoribus denegatum. ut tradit glo. in hac. l. 1. in uerb. specialiter, quam approbat Bart. Bal. Alex. Soc. Paul. de cast. Ias. Dec. & cõiter doctores tã antiqui q̃ moderni. in hac l. 1. ea enĩ q̃ cãæ cognitionẽ exigunt scdm eos sunt inferioribus denegata. l. ea quæ. §. 1. ff. ad municipal. l. fin. C. de pedan. iud. & quæ sunt inferioribus denegata, dicuntur maioribus specialiter demandata. ut ait Soc. in hac. l. 1. num. 3. allegat. tex. in. l. 1. §. suspect. ff. ad turpill. & in l. 4. §. duas. ff. de dam. infect. & ita se habet cõis opinio, sed ego non soleo admittere hũc sensum, nec hanc significationem, ut dixi in præfationibus, num. 19.
5 quia inaudita est, & nusq̃ lecta hæc significatio apud latinos authores, nec apud ueteres iuris consultos, ex quo sequitur uerissima, & indubitata conclusio, q. qñ uerba dispositionis nõ possunt adaptari ad unum sensum, nunq̃ debemus illum capere, dato etiam q. magna, & urgens præsumptio suaderet, q. disponẽs illum sensum habuerit. tex. est expressus. in l. labeo. §. 1. ff. de suppell. lega. & tradit Paul. de cast. in cons. 152. incip. in Christi nomine pñs dubiũ uidetur formari. uol. 1. in fi. tex. est in l. in ambiguo & ibi Paul. de cast. ff. de reb. dub. Sal. in l. cũ uirum. C. de fideicom. & ibi glo. & tradit Bart. in l. non dubium. C. de legib. col. 2. uers. secundũ dubiũ, & Alex. in cons. 139. col. 2. nu. 5. uol. 6. Nec refert q. ex post inoleuerit hæc significatio, & per recentiores doctores recepta fuerit, nam attendi debet significatio quæ uigebat tẽpore legis latæ, non quæ postea inoleuit. ut dixi supra
6 in declarat. lib. 1. nu. 44. Tertio modo potest dici specialiter, id cuius contrarium est generaliter, & sic id

quod alicui ultra gñalē iurisdictionē magistratus seu of
ficij specialr et noīatim cōcessum est, ut ē. tex. in l. unic.
in fin. C. ne lice. potentio. & ita accipitur in hac. l. 1. in
prin. qcquid dicāt alij Doc. q quo magis ueritatis lumē
aspiciūt, eo magis illos in tenebris ambulare delectat. et
7 hac ē uera & ppria significatio. Specialr. n. & gñali
ter sūt cōtraria, Colu. li. 3. de cura eligēdi malleolū gña
tim pcipimus, nūc illud pprie specialr, ut nō solū ex fera
cissima sed ēt e uitis pte feracissima semina eligātur, idē
significat speciatim, Cicero, in oration. post reditū in se
nat. multa de me. C. Messinius & amicitiæ, & rei pub.
cā dixit, legē spātim in initio de salute mea pmulgauit.
Idē significat noīatim, Cicero. ad atti. nō noīatim sed gña
tim pscriptio ē informata, spāliter. n. dictū, aut factū di
8 citur illud qd' est à gñalitate remotū, & abstractū. l. itē
apud. §. hoc edictū. ff. de iniu. l. uxorē. §. felicissimo. ff.
de leg. 3. l. 1. §. unde q̄ritur, & . §. dixerit aliqs. ff. de pu
blici. l. seruis urbanis. §. fi. ff. de leg. 3. c. q ad agēdū. de
pcur. lib. 6. Alex. in cōs. 44. nu. 3. uol. 4. l. sed & si qs
§. q̄sitū. ff. si qs caut. l. 1. ī fi. ff. si qs in ius uoca. nō ier.
l. ptor ī prin. ff. de iud. & ita se hēt cōis opinio secundū
Alex. ī cōs. 163. uol. 7. ut patet ex not. p Doct. ī locis al
legatis, & p Dyn. ī c. qd' semel de reg. iur. in. 6. et cyn.
et alios ī l. sancimus. C. de test. & Io. an. c. 1. de excess.
plat. lib. 6. ī nouella. Doc. ī c. 1. de cōst. lib. 6. Doc. max.
Ang. ī auth. hoc īter liberos. C. de test. Bart. in l. oēs po
puli ī. 3. q̄st. prin. ff. de iust. et iur. arch. 13. q. 2. c. ultima
Fed. de sen. in cōs. 47. spec. ī tit. de īstr. editio. §. cōpen
diose, uers. qd si testator. et aliud ē demōstrare spāliter
aliud gñaliter, ut p Alex. in cons. 63. nu. 2. et spāliter. i.
nominatim

nominatim significat.l.3. ff.de leg. tut.l.uxorem.§.felicißimo.ff.de leg.3.l.ait ptor.§.apud labeonē.ff.de iniur.& ita etiā ibi accipi ait Alber.de rosat.in suo uocabul. in uerb.specialr. Et exponitur,specialiter.i. ex-
9 preßim.l. negotium.C.de nego.gest.l.fin.& ibi glo.C.eo.l.sed an ultro.ff.eodem titul.l. procurator tutorum. ff. de procur.l.si quis in princip. ff. de legat.3.l.omnes. C.de prescrip.30. anno. Ita etiam exponit Alciat.in.c. quod sedem. col. 24.de offic.ordina. nume.70. licet ni-
10 hil alleget. Si quærimus rōnem quare specialiter tributa mandari nō poßint,dic q licet magistratus generaliter dentur,nec nō et officia ad hoc ut psonaliter exerceantur p ipsos officiales,nō aūt per aliū, ut in auth.ut nulli iudic.§.ad maiorē,et ī authen.ut defunct.seu fune. §.illud.& in auth.de tabellion.§.1. nihilominus qa oīa p se ipsos expedire non pñt.l.placet,C.de pedan.iudi.cōsuetudine obtentū est,ut iurisdictio mādari poßit,& sic p aliū expediri:ut hac.l.1.§.q mādatā,et l.more.ff. de iurisd.om.iud.quasi nō sit pcisa neceßitas iniūcta magistratibus oīa personaliter exequendi.hæc cōsuetudo in iurisdictione sola admissa est;in īperio nō est admissa.d. §.q mandatā,& ibi latius dicā.Item restricta est,ut nō habeat locū in iurisdictione specialiter tributa,qa p hāc specialr cōmißionē et noīatim factā,uisum ē iuris interpretibus q necessitas suscipiēde cognitiōis īponatur magistratibus: & psonalr exequēdi.ex quo seqtur q mandari non potest.hanc rōnem sentit tex. in l. sepe, & l. seq.ff.de offic.præsid. & ad hoc faciunt ea quæ tradit Felyn.in c.fina.§.fina.nume.1. & numero.2.de offic. delegat. solet enim quod specialiter fit magis attendi

hinc dicimus q magis timetur id quod specialiter iniungitur q̃ quod generaliter imperatur c. si aduersus. de heret. & enixior uoluntas iubentis ostenditur ex speciali quàm ex generali praecepto, & ea quae notabiliter
11 fiũt, neglecta uidentur, nisi specialiter notentur. l. item apud labeonẽ. §. hoc edictũ. ff. de iniur. Bal. in c. ex parte. M. col. pen. de appel. Card. in cle. 1. col. 10. uers. nos itaq;. de reli. & uen. san. Nicol. boer. in trac. de potest. leg. fol. 8. in prin. c. 1. quaest. 10. Neuiz. in silua nuptial. fol. 178. col. 1. Abb. in c. si clerici, nume. 24. de iudic. fa
12 cit tex. in c. quamuis. de heret. lib. 6. Et quae specialiter notantur melius memoriae cõmendantur. ut in authen. de hered. & fal. in princ. & magis timetur quod singulariter pollicetur. 23. dist. c. quãquam. & ibi glo. in uerb. plus, et plus ualet specialis cautio, quàm generalis. l. sed & si. §. quaesitum. ff. si quis cautio, & plus ualet specialis cõfirmatio q̃ generalis. c. bone. de cõfirma. & magis attẽditur specialis appellatio quàm generalis c. super eo. de appell. & specialis delegatio quàm genelis. c. ad hoc. de rescript. & specialis subscriptio quàm generalis. l. diuus. 2. respon. ff. ad leg. cor. de fals. & speciale mandatũ c. 1. et c. pastoralis. de rescript. hinc ẽt dixit Abb. c. unic. nu. 2. de sagitt. q Papa specialiter puidit cõtra sagittarios, ut homines sibi magis pcauerent, qa quod specialiter iniungitur magis timetur, quàm qđ general'r ĩperatur. d. c. si aduersus. de heret. & haec sufficiant quo ad significationem huius uerbi, et quo ad ra
13 tionem regulae quã tradit hic tex. in prin. Ait lex quaecunq; specialiter lege, uel senatusconsulto, uel constitutione principis tribuũtur, mãdata iurisdictione, nõ transferuntur,

feruntur. Quid ergo si aliqua, non ex lege, nec ex senatus consulto, nec ex cõstitutione principis, sed ex plebescito specialiter tribuantur, an mandata iurisdictione transibũt. & uidetur q, sic; quia lex de plebescito mentionem nõ facit, ideo illud excludit. l. cũ prætor in prin. ff. de iudic.

14 *Videtur ergo q, ea quæ ex plebiscito tribuuntur mãdari possint, quia cessant uerba legis, igitur cessabit ẽt dispositio. l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. & ibi Bart. & Alex. cũ simulib. dic q, iste ẽ casus omissus, & cũ eadem ratio sit in plebiscito, quæ in lege, idem ius obseruabitur. l. illud. ff. ad. l. acquil. cum concordan. ibi in glo. nam plebiscita pro lege obseruabãtur, et habebãt uim legis. l. 2. §. deinde cũ esset. ff. de orig. iur. & sic cũ hæc à lege parificẽtur, de uno ad aliud ualebit argumentũ, p ea q̃ tradit Alex. ĩ cõs. 207. uol. 6. Sed quare nõ sic est in edictis magistratuũ? cum & ipsa habeant iuris autoritatẽ. §. prætorũ. inst. de iure natu. gen. et ciuil. dic q, cessat rõ, quæ est in legẽ & plebiscito, & alijs su*

15 *pradictis, q a illis parendũ est. l. 1. ff. de legibus, p edicta aũt nemo sibi ipsi ĩperat. l. pen. ff. de arbit. & nemo sibi legẽ imponit à qua nõ possit recedere. l. si q s in prĩcipio ff. de leg. 3. & ibi glo. Ideo dicimus q, princeps solutus ẽ legibus. l. princeps. ff. de legib. quas ẽt facit alter par. l. nã & magistratus. ff. de arbit. Ideo licet in edicto suo dicat p̃tor iudiciũ dabo, animaduertam. aut qd aliud si l'e, p quod de seipso loq uidetur, & p qd' uideatur policeri q, ipse id faciet, tñ non ligatur qn per aliũ possit expedire. d. l. pen. idem dico de alijs paribus magistratibus, aut maioribus qbus legẽ imponere non põt. l. nã et magistratus. ff. de arbit. & p hæc apparet q, poterit mandari oĩs*

iurisdictio pretoria, tam ab ipso pretore, quàm ab alijs paribus, aut superioribus, qui iurisdictionem talē habent. quia non possumus dicere, quòd sibi ipsi necessitatem imposuerit suscipiēde cognitionis. quod secus est in lege, ac senatusconsulto, ac constitutione principis, quae hanc necessitatem solent imponere, l. sæpe, & l. seq. ff. de offic. presid. iubent enim leges. l. si quis inter. §. 1 ff. de excusat. tut. & earum uirtus est imperare, l. legis. ff. de leg. & eis obediendum est, l. 2. eod. titul. et ideo quando imponunt necessitatem personaliter exercendi iurisdictionem, obediendum est, d. l. sæpe. tunc autem intelliguntur imponere hanc necessitatem, quādo aliquid tribuunt specialiter, ut hac l. 1. in princ. Ex his sequitur quòd magistratus municipales quibus à pretore data est potestas in causa damni infecti. l. 1. & l. 4. §. duas. ff. de damn. infect. non poterunt id mandare, quia ipsis hoc specialiter iniūctum est, quibus pretor imperare potest. instit. de attilia. tut. §. sed hoc iure, et l. lucius. ff. de admi. tut. & sic potest illis iniungere necessitatem suscipiende cognitionis. quod facere uidetur delegando eis seu cōmittendo specialiter, argumento huius legis in princ. prout
16 etiam diximus de plebiscito. Conclusio est itaq; quòd ea quæ lege uel senatuscōsulto, uel constitutione principis specialiter & nominatim tribuuntur, mandari non possunt, ut hic ait text. Amplia procedere, etiam si causa quæ specialiter cōmittitur sit leuis, ut dixi supra lib. 1. in declarat. nu. 116. 119. Amplia, pcedere etiā si magistratus ille cui aliquid specialiter cōmittitur, sit minimus, ut dixi supra lib. 1 in declarat. nu. 121. & in pfat. nu. 31. Amplia procedere etiam si sit occupatus publicis

eis negocijs, l. placet. C. de pedan. iudicib. & ita se habet cõis opinio, et dicam infr. lib. 3. in uers. non aliter nu. 33. Amplia procedere, etiã si habeat iurisdictionem ordinariam, & à lege, dũmodo specialiter datam, ut hac l. 1. Amplia procedere, etiam in casu aduerse ualetudinis, ut probat tex. in hac l. 1. in uers. non aliter. itaq; & ibi dicam lib. 3. nu. 34. quicquid dicant doct. qui communiter tenent contrarium. Amplia procedere etiam de iure canonico, nam etiam hoc iure ea in quibus electa est industria persone non delegantur, c. fin. et ibi doct. de offi. deleg. quod tamen restringitur, ut dicam infra in sexta limitatione. Amplia procedere etiam si ex plebiscito, aliquid specialiter tribuat, ut dixi supra eod. nu. 13. Amplia procedere siue fiat generalis commißio siue specialis, nam nullo casu hæc trasferuntur, infr. uers. mandata iurisdictione. nume. 1. eod. lib. Amplia procedere in aliena iurisdictione siue sit specialiter data, siue generaliter. nullo enim casu mandari potest. l. more. ff. de iurisd. om. iudic. l. fin. infra hoc titulo. Amplia procedere, in mero imperio, hoc enim mandari non potest, l. nemo potest ff. de reg. iur. l. solent. ff. de offic. procons. & hac l. 1. §. fin. & ibi dicam lib. 4. Et ex his uides q̃
17 ea quæ mandari non possunt reducuntur ad paucas conclusiones. Prima est q̃ ea quæ specialiter tributa sunt, lege, uel senatusconsulto, uel constitutione principis mandari non possunt, ut hac l. 1. in principio. Secunda est quòd ea in quibus electa est industria persone mandari non possunt, c. fin. & ibi doctor. de offic. delegat. Tertia quòd iurisdictio aliena mandari non potest. l. more. ff. de iurisd. om. indic. l. fin. infra hoc titulo.

Quarta est quòd merum imperium mandari non potest. l.nemo potest.ff.de regul.iur. Redeundo ad conclusionem propositam limita eam multis modis.

18 Limitatur primo nõ ꝓcedere in rescript.ad lites l.sæpe. & l seq.ff.de offic. presid. quia ex huiusmodi rescriptis nõ fit noua decisio, sed fiũt rescripta ad iuris obseruãtiã. l.falso, et ibi doct.C.de diuers.rescript. & ideo seruatur ius cõe, hoc est si causa delegabilis ẽ, delegabitur, alioqui cõtra. Scdo limita nõ procedere in ꝓclamationibus et edictis comitũ, et Marchionũ, et aliorum huiusmodi qui equiperantur pretori, & eorum edicta sunt instar iuris pretorij: ut per Bart.in l.quinta, col.2.et ibi doct.ff.de uerb.oblig. & per Ias.in.§. sed iste, Inst.de action. Hæ enim poterunt delegari, sicut facit pretor ea quæ ex edicto suo dependent, l.1. & l.4.§.duas.ff.de dam.infect. etiam si sequamur opinionẽ illorum, qui existimãt hos barones, hodie, cum sint ꝑpetui, potius condere ius ciuile, q̃ pretorium, ut p Math.in notab.189.et Bal.in l.recepticia.col.1.C.de constit. pecun. & Bello.in tract. de offi. eius.nu.47.licet ipsi quo ad delegationem cõtra sentiãt, sed ignoscat mihi preceptor, alioqui doctissimus, potestas mandandi iurisdictionem nõ dependet ex eo, an quis habeat perpetuam iurisdictionem, an temporalem, sed inspicimus tm̃, an qui uult mandare habeat iurisdictionem suo iure, an alieno beneficio.l.more.ff.de iur.om.iudic. & ideo nemo dixerit magistratus municipales quibus delegata est causa damni infecti.ut l.1. & l.4.§.duas.ff.de dam.infect.posse hodie subdelegare, licet edictum p̃toris hodie sit perpetuũ.l.2.ff.de sta.hom. & ibi Bud.in anno tat.priorib.in pãdect. Tertio limita nõ ꝓcedere in edi

ctis & proclamationibus, quæ hodie fiunt per pretores, & gubernatores ciuitatum, puta super blasfemijs, & portationibus armorum, & euntibus nocturno tempore sine lumine, & similibus. hæc enim est propria eorum iurisdictio inst. de perpetu. & tempo. action. in princ. Ideo hæc transferuntur mãdata iurisdictione per ipsos pretores et gubernatores, hi. n. sunt instar p̃sidum prouinciarum, cum hodie plereq; ciuitates habeãt merum imperiũ post pacem cõstãtie, et ex consuetudine, ut est tex. in d. auth. de pace const. §. nos romanorũ, et ibi glo. in. uerb. criminalibus. et Alex. in hac rub. nu. 18. et dicã inf. eod.
19 uers. iure magistratus. nu. 7. Quarto limita procedere dũmodo aliquid noui statuatur super re ipsa, & super facto ipso, seu negotio ipso, quod committitur, tunc. n. si talis cognitio alicui spãliter tribuatur, habet locum hæc regula, secus si cõmißio tm̃ sit noua, dispositio aũt super ipsa re, sit uetus. Et iõ si nouus magistratus erigeretur, cui cõmitteretur iurisdictio pretoria, uel etiã aliquid ex dicta iurisdictione in specie, puto q; illud mandari posset, sicut antea poterat, & per hæc puto q; defensores ciuitatum, quibus in multis nominatim data est iurisdictio, ut in. §. audiẽt. in auth. de defens. poterũt delegare, ea, quæ ante hanc cõmißionem erãt delegabilia. Idem dico de p̃fecto urbis, in cuius iurisdictione multa spãliter enumerãtur. l. i. ff. de of. p̃fect. urbis. et hoc innuit tex. in l. et gñaliter. ff. de of. p̃sid. ibi. n. prĩceps specialr̃ remittit negotium p̃sidi, tñ per hoc nõ imponitur ei neceßitas suscipiẽle cognitionis, sed existimabit utrũ ipse cognoscat, an iudicem dare debeat. Vetera. n. negotia siue specialr̃ siue gñaliter alicui cõmittantur, non mutãt naturã, sed eius

ſunt qualitatis cuius erãt antea, ſolet.n.attẽdi initiũ rei q̃le fuerit, c.dudũ.cũ ibi not.de electio.l.clam poßidere, ĩ prin. ubi Iaſ.not.col.2.ff.de acq.poſſeſſ. late Cagnoll.ĩ l.1.n.40.ff.de orig.iur.ideo dicemus ẽ cõuerſo q̃ cogitio meri ĩperij lege data, & cuiuslibet alterius cobertionis, à p̃ſide ſeu ꝓcõſule mãdari nõ poterit.l.ſolent.ff.de offi.ꝓcõſ.et hac l.1.ex quo antea delegari nõ poterat.l.nemo põt.ff.de reg.iur.licet gñal'r nõ ĩ ſpẽ data ſit hæc poteſtas p̃ſidi, et ꝓcõſuli.l.illicitas.§.q̃ uniuerſas.ff.de offi.p̃ſid.ꝓut ẽt in p̃fecto urbis factũ eſt.l.1.§.in initio, ff.de offi.p̃fect.urb.qđ et de defenſoribus dicẽdũ puto.§.audiẽt.ĩ auth.de defen.ciuit.noui.n.magiſtratus, ſeu hi q̃bus nouiter ſit hæc cõmißio, ĩ ius & locũ ueterũ magiſtratũ ſuccedũt.& ſic eadẽ ptãte, & facultate ius dicũt, qua alij faciebãt.l.ſed licet, ibi, oĩum rome magiſtratuũ uice et offõ fungi.ff.de off.p̃ſi.et l.ſi ĩ aliquã.§.ſi.ff.de offi.ꝓcõſ.ꝑ quo facit id, qđ uulgo dicimus, q̃ ſubrogatus ſapit naturã eius cuius in locũ ſubrogatur.l.1.§.hæc actio et ibi Bar.ff.ſi q̃s teſt.lib.eẽ ius fue.l.ſi eũ.§.q̃ iniuriarũ, & ibi Bart.Bal.Ang.& Doct.ff.ſi q̃s cautio late euerard.in lib.cui.tit.ẽ cẽtũ modi argum.loco.93.latiſsime Tiraquel.ĩ tract.de retract.§.1.glo.10.fo.246.nu.80.& fol.249.nu.87.& Marſil.in ſing.235.incip.ſubrogatus. Quinto limita ẽt nõ procedere in reſponſis & interpretationibus iuriſconſultorũ: nã licet

20 in aliquo rñſo ſpecialiter cõtineatur aliq̃d ad iuriſdictionẽ ſeu officiũ alicuius ꝑtinere, ꝑ hoc tñ nõ eſt dicendũ, q̃ id ſpecial'r fuerit tributũ: niſi adijciat ĩterpres q̃ lege uel ſenatus cõſulto, uel prĩcipis cõſtitutione tributũ ẽ.ꝓut facit.ĩ l.1.ĩ prin.ff.de trãſact.& ĩ hac l.1.uerſ.& ideo

ideo uidetur, ibi, ueluti lege iulia de ui noīatim cauetur, et ī uers. & si à familia ibi cognitionē quā ex senatuscō sulto hēt. & ī l. 1. §. 1. ff. de tut. & cur. dat. ab his. et in l. cū ptor. §. 1. ff. de iudic. & alibi sepe, uel aliqd silr ex primat, p qd appareat iurisc̄ōsultū loq de spāli tributōe. put ī l. ius dādi. ff. de tut. & cur. dat. ab his, iūcta. l. mu to. §. tutoris. ff. de tutel. secus ē si iurisc̄ōsultus simplr enumeret spēs iurisdictiōis, alicuius magistratus, put fa cit in l. 1. ff. de offi. pfect. urb. et ī l. illicitas. §. q uniuer sas. ff. de offi. pconsul. et ī. §. & iudicare, et. §. audiēt. in auth. de defen. ci. et d. l. 1. §. si qs seruū. ff. de off. pfect. urb. sup quo magnope se torquēt Doct. et sic cessāt mul te alioqui inextricabiles qōnes mote à Doctoribus, sup quo uide ēt quæ dixi inf. eo. uers. iure magistratus, nu. 8.

21 Sexto limita nō pcedere de iure canonico, nā licet hoc iure, ea in qbus ē electa īdustria psone nō possint p aliū exerceri d. c. fi. et ibi Doct. de offi. deleg. ut dixi supra ī 6. ampliatiōe, tñ restringitur, ut hēat locū tm qñ cōcur rit ēt magnitudo cāæ: et sic spālis cōmissio p se sola non sufficit, nisi ēt cōcurrat magnitudo negotij, uel dissēsus ptis. ita pcedit tex. ī d. c. fi. de quo dic. ut dixi sup ī li. 1. ī pfat. nu. 46. Septimo limita nō pcedere in oībus casi bus ī qbus pōt delegari merū īperiū, de qbus loquar dif fusius inf. lib. 4. ī §. q mādatā ī uerb. īperiū, de quo ibi oīno uide regulā cū duabus ampliationibus, et. 19. limit. nu. 1. usq; ad nu. 21. Octauo limita nō pcedere ī legato pcōsulis. nā huic multa mādari pñt, q̄ ceteris nō pñt. ut l. solēt ī prin. et l. si qd erit. ff. de off. pcōs. et hēt multa spālia q̄ alij nō hēāt, ut dictū ē supra lib. 1. ī pfat. n. 44.

22 Nono limita procedere in mādata iurisdictiones secus

in iussu, & pcepto, ut. l. lucius. §. cum duo. ff. de admini. tu. et insti. de attilian. tut. §. sed hoc iure, oportet tñ q̃ ille cui iubetur, habeat à lege iurisdictionẽ habitu, ut habẽt magistratus municipales. l. ius dandi. ff. de tut. & curat. dat. ab his & d. §. sed hoc iure & l. ubi absunt ff. de tutor. & curat. dat. ab his, ut dixi supra. lib. 1. in declarat. nu. 92. 93. 94. Decimo limita, nõ pcedere de iure prætorio, ut dixi supra. lib. 1. in præfation. nu. 18. et inf. eo. uers. iure magistratus, nu. 2. Vndecimo limita, non procedere, qñ aliter causa illa, q̃ nunc specialiter datur, solebat competere iure magistratus, ita procedat. tex. in l. sepe. & l. seq. ff. de offic. procons. uide quæ dixi. supra eo. nu. 19. Duodecimo limita nõ procedere in nouis magistratibus quibus datur iurisdictio. quæ alijs solebat competere. nam eo iure utentur, quo utebantur primi magistratus. l si in aliquã §. fin. ff. de offic. pcons. l. de omnibus. & l. omnia. ff. de offic. præsid. ita pcedat. tex. in auth. de defensor. ciuit. §. audiens, & l. 1. ff. de offic. præfect. urb. §. si quis seruũ. cũ simil. ut dixi supra eodem, numero. 19.

L. 1. VERS. MANDATA IVRISDICTIONE.

Indefinita æquipollet uniuersali, nume. 1.
Specialiter tributa non transeunt mãdata iurisdictione, siue generaliter, siue specialiter mandetur, nume. 1.
Præcedentia declarantur, ex sequentibus, nume. 2.
Mandatum generale iurisdictionis an contineat ea, quæ specialr tributa sunt, ẽt dato casu habili, q̃ nõ, nu. 3.

Iussus

MANDATA IVRISDICTIONE NON TRANSFERVNTVR.

1 INTELLIGE hoc siue in genere siue in specie mãdetur iurisdictio, põt. n. utroq; modo mãdari iurisdictio, l. solet, et l. pretor. ff. de iur. om. iud. et ibi glo. & doct. qualitercũq; igitur mãdetur iurisdictio nõ transibunt ea, q̃ specialiter tributa sunt, et sic siue in gñe mandetur iurisdictio tota, p quam totũ offm̃ iurisdicẽdi trãsit, l. 1. §. damus. ff. de suspect. tut. siue specialr super his mãdatũ fiat, hæc non transibũt. uerba. n. ista mandata iurisdictione in utroq; uerificãtur p tex. in d. l. solet, et d. l. pretor. Ideo cum uerba cõueniãt, cõueniet etiã dispositio, l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. et oratio indefinita à lege prolata equipollebit uniuersali, l. 1. et ibi Bart. et doct. ff. de reg. iur. Bar. in l. si plures. ff. de leg. 3. et l. si quis ita. ff. de testa. tut. & in l. si seruitus, in princ. ff. de seruit. urba. pred. quod etiam declaratur, ex uers. seq. ibi mandari pñt, nam uult
2 dicere q̃ ĩ cõtrario mãdari nõ poterũt. ex sequẽtibus. n. declarantur pcedẽtia. l. si seruus pluriũ. §. fi. ff. de leg. 1. maxime q̃a militat eadẽ rõ in utroq; casu. prohibitio. n. mãdandi in his spãliter à lege datis ex eo facta ẽ, q̃a imperator

perator

perator uult, q cui datũ ē psonalr ĩteruenlat, et l.unic. C.ne lic.pot.arg.l.sæpe,et l.seq.ff.de offi.psi. ut dixi supra in uerb.spãliter,nu.10.qd'non fieret si mãdari alteri posset siue in gñe, siue ĩ specie. nã qualitercũq; in aliũ trãsferatur, sẽp uerũ ẽ, q is q mãdat psonalr nõ ĩteruenit, ergo uterq; casus in lege nostra cõphenditur et uer
3 bis, et mẽte legis. An aũt dato casu habili, puta ĩ casu p fectionis, mãdata gñalr iurisdictione trãseant ea q̃ spãliter tributa sunt; dicã inf.lib.3, in uers.et ideo uidẽtur errare magistratus, nu.3.cũ mult.seq. Interim uide Alcia. in c.quod sedem de offic.ord. qui tenet, q sic, et disputat ad partes, sed ego teneo contrariũ. quia talia requirunt speciale mãdatum: et quia hæc non continentur in sua iurisdictione illius magistratus, cum sit delegata. ideo in du
4 bio de sua actum intelligitur, & de ordinaria, non de extraordinaria, ut ibi dicam. Quid si non mãdetur iurisdictio, sed iubeatur aliquis iudicare, an ea quæ p uiã mãdati transferri non possunt, ex iussu, et ex precepto trãsibunt? uidetur quod sic quia cessant uerba legis, quæ tantum loquuntur de mandato iurisdictionis, non autem de præcepto, ideo uidemus q datio tutoris non potest mãdari. l.nec mandante.ff.de tut. & curat.dat. ab his, tamen potest iuberi, ut detur tutor. l.ubi absunt.ff.eod.titulo, & l.lucius.§.cum duo.ff.de admin.tutor. & institut. de attilia. tutor.§. sed hoc iure, & dixi supra
5 libro primo in declaration.numer.92.93.94. Intellige hæc uera esse dummodo ea super quibus iubetur iudicari, pertineant ad iurisdictionem, delegantis. l.unic. C.qui pro sua iurisdictione, ex quo infero, quod cum ista q̃ specialiter sunt tributa, non sint de ppria iurisdictione

ipſius magiſtratus, ſed delegata, ut dicam infr. lib. 3. in uerb. delegatã, hæc non tranſibunt etiam ex iuſſu. facit etiam tex. per locum à ſpeciali. in d. l. ubi abſunt, et d. §. ſed hoc iure, nam ſi regulariter potuiſſet fieri, non oportuiſſet, ſpecialiter concedere magiſtratibus municipalibus, ut ex iuſſu poſsint dare tutorem, arg. in l. 1. ff. ad
6 municip. & hac l. 1. in uerſ. huius rei. Differunt autem mandatum & pceptum, ut per glo. et Bart. in l. more. ff. de iur. om. iud. & ibi Alex. ſequitur Bart. nu. 4. & dicit eam eſſe magis cõem opiõnẽ, preceptum. n. accipitur p iuſſu quando princeps aliquid mandat, quod pertinet ad iuriſdictionem eius cui id committit, quod importat neceſsitatem ſcdm glo. in d. l. & quia in uerb. antequam. Mandatum autem accipitur, per commiſsione quæ fit de cauſa non pertinente ad iuriſdictionẽ eius cui mandatur,
7 per doct. in locis allegatis. Ex hac differentia, infert glo. in l. ſæpe. ff. de offic. proconſ. q̃ qñ princeps cauſam cõmittit magiſtratui iubendo, ſeu pcipiendo, q̃ cognoſcat de tali cauſa delegatus principis illo caſu, nõ poterit ſub delegare, ſecus ſi dixerit, mandamus uel cõmittimus tibi cauſam talem, quia hoc mandatum non imponit neceſsitatem ſuſcipiendæ cognitionis. per text. in d. l. ſæpe quam glo. dicit eſſe ſingularem, Bal. in d. l. ſæpe. et totus mũdus eam approbat, ut per Bart. ibidem. & in . l. 2. C. cõia delegat. & Bald. in l. 1. C. quomodo & qñ iud. & Roma. in hac. l. 1. quod menti tenẽdum eſſe tradit Alex. in d. l. more. Hæc deciſio non tranſit ſine ſcrupulo, nã datio iudicis, fit imperio. l. unic. C. qui pro ſua iuriſdict. l. eum qui. ff. de iur. om. iud. ut dixi ſupra lib. 1. in pfatio. nu. 41. & nihilominus iudex datus à principe alium iudicem

8 dicem dare potest.l. à iudice.C.de iudic. cogita. Videamus nunc quid si præses non mandauerit iurisdictionem, sed dederit locum tenentem seu uicem gerentem constituerit, an his casibus transibunt ea quæ specialiter sunt tributa. quod uidetur admittendum esse.l.2.C.de offic. eius qui uic.alt.ger.immo etiam imperium ipsum meru, & animaduersio ipsa transit.ut in auth. de collator.§. illud, de quo uidebimus,inf.lib.4.in uerb.imperium. & omissa nūc disputatione an his casibus fieri debeat extensio ex eadem, seu maiori ratione, dico q. de locumtenentibus habemus decisiones expressas, ideo illis herendum est; per ea quæ tradit fel.in c.1.col.4.in fi.de præscrip. & in c.cum ordinem.de rescrip. & Ioan. neuiz.in sua silua nuptia. fol.217.col.1. Si uis scire quid sit locumtenens, & an differat ab eo cui mandata est iurisdictio: ui de supra lib.1.in præfationib.nu.35.37.39. Nunc uideamus quam iurisdictionem habeant, & à quibus constituantur.
9 Dic q. hi uicegerentes seu locumtenentes habent ordinariam iurisdictionem. ut per glos.in l.2.C. de offic.eius qui uic.alt.ger. & ibi Bart. Idem Bart. in l. nec quicquam.§.ubi decretum.ff.de offic. proconf.glo. in.l.omnia.ff.de reg.iur. & tantundem potest, quantum is in cuius locum subrogatur, & idem honor sibi debetur.d.l.2. & constituitur in locum absentis, uel mortui.ut ait glo.in d.l.2. & ibi Paul.de cast. & sequitur Rimin.in rub.huius tituli, at secus est in iurisdictione, quæ etiam à præsente mandatur. ut hac.l.1.in uers.non aliter, ibi cum alias iurisdictio, etiam à præsente mandetur; & q. posit tantumdem quantum potest is cui substituitur, notat Bar.de uice rectore.in.l.filius.ff.de le-

gatio. & Alexā. in d. rub. & alij communiter, & de locumtenente. gubernatoris tradit Guid. pap. decis. 234. & de locumtenente potestatis tradit Corn. in consi. 2.
10 uol. 4. & Bellon. in tract. de officio eius, nu. 100. Item hic locumtenens habet proprium, ut inquit glo. in d. l. 2. C. de offic. eius qui uic. alt. ger. & Bello. in tract. de offic. eius cui mand. est iurisdictio, nu. 99. facit. tex. in l. et quia in uerb. principaliter secundum primam expositio-
11 nem glo. ff. de iur. om. iud. Sciendum est autem q. ordinarij non possunt constituere locumtenētes. §. nulla. in auth. de defenso. ciuit. & in auth. de mand. prin. §. illud uers. eos autem, ubi Bart. sequuntur omnes Doct. in hac
12 rubrica. Primo fallit secundum aliquos quando subest iusta causa puta infirmitatis, uel impedimenti iusti, ut in auth. de collat. §. ad hæc probibemus Bart. in l. obseruare. ff. de offi. proconf. quod ego non admitto, quia nec etiam puto q. iurisdictio specialiter data hoc casu mandari possit. ut infra dicam. lib. 3. uersicu. non aliter. nume. 6. Secundo fallit de iure canonico. c. 2. & fi. de offi. uic. lib. 6. Tertio fallit de consuetudine etiam in terris imperij Bald. in l. aliquando. ff. de offic. proconsul.
13 Secus est in eo cui mandatur iurisdictio, nam secundum communiter Doct. potest constitui à quolibet ordinario, saltem qui habeat imperiū. l. cum qui. ff. de iur. om. iud. immo etiam si non habeat imperium, ut communiter tradunt Doct. in l. more. ff. de iur. om. iud. dummodo sit magistratus, seu dummodo iure magistratus sibi competat iurisdictio, non specialr, ut hac. l. 1. in princ. Fallit quarto in casu de quo in. §. nulla in authen. de defenso. ciuit. Fallit etiam quinto in casu de quo in authen. de

adminift.

adminiſt. §. illud autem. Fallit ſexto in caſu de quo in auth. ut nulli iud. in prin. Fallit ſeptimo in caſu de quo
14 in auth. de coll. §. ad hæc prohibemus. Præfectus prætorio uidetur q̃ poßit conſtituere uicarium. l. à proconſulibus. C. de appell. & eſt expreſſum in l. 2. C. de offic. eius qui uic. alt. ge. quod uerum eſt, ut alijs conſtituere poßit locumtenentem, ita loquitur text. in d. l. 2. C. de offic. eius. at ſibi conſtituere non poteſt: ut in authen. de iudic. in princ. contra eſt in iuriſdictione, nam nemini dubium eſt, q̃ iuriſdictionem mandare poteſt, ut per Doct. in d. l. more. ff. de iur. om. iud. licet autem dixerim quòd ipſe præfectus ſibi non poteſt conſtituere locumtenentem, d. authenti. de iudicib. in principio, tamen à principe ei conſtitui poteſt. l. 1. §. à præfectis. ff. de legat. tertio, ita procedit text. in l. à proconſulibus. C. de appellat.
15 Item lex ipſa conſtituit locumtenentes, ut in archidiacono qui gerit uices epiſcopi abſentis. cap. 1. de offic. archidiac. & in defenſoribus qui ſunt locumtenentes præſidum abſentium. ut in authen. de defenſor. §. nulla, addit Alber. in l. 2. C. de offic. eius qui uic. alt. ge. quòd etiam in locum præſentis impediti conſtitui poteſt uice gerens, quod uerum eſt in lege ipſa, ſed ab ordinario non poteſt conſtitui, item de conſuetudine toleratur, ſed de iure non ſuſtinetur hæc deciſio Alber. Idem dico de principe, quòd ipſe poteſt facere locumtenentes magiſtratuum. l. 1. §. à præfectis. ff. de legat. tertio. l. 2. C. de officio eius qui uicem alterius ger. & in authen. ut nulli iudic. in principio, & hoc munus proprie pertinet ad ipſum principem, ut inquit glo. in. l. 2. C. de offic. eius qui uic. alterius gerit.

27 tum à cardinali legato de latere, ut per doc. in d.l. cum pretor. §. 1. ff. de iudic. & sic hæc conclusio potius est

2 exemplum sexte cõclusionis. Vndecimo delegatio fit à delegato, cuiuslibet magistratus ordinarij, intelligendo q̃ poßit delegare unum articulum tãtum, ut per Bart. in d.l. more, col. pen. Doct. cõiter tenẽt contrariũ, et recte in d.l. more, & in d.l. à iudice, & in c. cum causam, de appell. & Fel. in c. super quæstionum. §. si uero de off. deleg. qui constituit regulam in contrariũ, scilicet q̃ delegatus non potest subdelegare, nec in totum, nec in partem, nisi articulum non iurisdictionalẽ; puta si committatur receptio, & examinatio testium, post delatum iuramentum testibus, & post admissa capitula, quæ examinatio est nudi facti, ut per glos. in cle. 1. de offic. deleg. de quo late Franch. in d.c. cum causam, q. 4. & 5.

29 Duodecimo fit delegatio à delegato ordinarij, cui specialiter data est potestas subdelegandi, quod fieri posse credidit, Bart. in d.l. more, col. fi. & doct. cõmuniter ibid. & in d.l. à iudice, & in d.c. cum causam, Fel. in d.c. super questionum. Quod restringunt doct. procedere in delegato ordinarij, quia secundum eos ordinarius, hanc potestatem dare potest, secus est, in his qui delegant in re speciali, ut sunt delegati principis, qui non ex ui imperij, aut magistratus, sed ex priuilegio iudicem dare possunt, nam sc'd'm doct. hi non poterunt dare hanc potestatem subdelegãdi, ut per glo. in d.c. super quæstionum. §. porro, in uerb. transfert, & per Alex. in rub. huius tituli, & per Ias. in d.l. à iudice. Ego non admitto hanc conclusionem cõmuniter receptam, quia non est uerum, q̃ magistratus poßit alicui dare potestatem subdelegandi, sed sola lex hoc dat, uel senatusconsultum, uel princeps, d.l. cum prætor. §. 1. ff. de iud. de qua re alias diffusius

30 *fusius est tractatum.* Decimotertio delegatio fieri potest á uicegerente, seu locũtenente rectoris puinciæ, seu pretoris, uel alterius magistratus, qui habeat imperium, & potestatẽ dandi iudicis, nam hic uicegerens habet ordinariam iurisdictionem, et tantũdem potest quantum is cuius in locum substituitur, & idem honor sibi debetur, l.2.C.de offic.eius, qui uic.alt.ger. facit quod de uicerectore tradit Bart.in l.filius.ff.de legat.1. & Alex. & cõmuniter doct.in rubr.huius tituli, & de locũtenente gubernatoris, Guid. Pap.in q.234. & de locumtenente pretoris, Corn.in cons.2.uol.4. Quod intellige de his qui constituũtur à principe, hi enim gaudent hisdem prerogatiuis, quibus magistratus principalis, & de his loquuntur doct.in locis allegatis, secus si ab ipsis magistratibus constituuntur, nam non ualet constitutio, ut in.§. nullam, & in.§.prohibemus, in auth.de defenso. ciuit. & in.§.eos, & ibi Bart.in auth.de mandat.princip. &

31 Alex.et cõiter doct.in rub.huius tituli. Decimoquarto uicarius episcopi potest cãs delegare, ut in c.clericos, de offi.uic. & per glo.in c.1.in uerb.ipsius, eo.tit.lib.6. & in cle.1.in uerb.locum, de reg. & per Bal.in l.aliquãdo.ff.de offic.procons. & per Alex.in l.more.circa fin.

32 ff.de iur.om.iud. Decimoquinto inquisitores hereticæ prauitatis possunt delegare, ut p glo.in cle.2.de here.

33 sequitur Alex.in d.l.more, in fi. Decimosexto cõseruatores scdm aliquos pñt delegare seu cõmittere uices suas, ut not.glo.in c.fin.in.§.uices in uerb.committere, de offic.deleg.lib.6. In contrarium est tex.in d.c.fin. §.uices, & ibi hoc tenent glos. & ibi dicit Ioan. And. quòd consuetudo curie habet, quòd non poßint com-

mittere uices, idem tenet Alex. in d.l. more in fi. Aduerte plures sunt species conseruatorum, alij sunt meri conseruatores, & non habent iudicialem cognitionem, sed dantur, ut uel aliquos defendant à latronibus, uel ad conseruationem priuilegiorum, uel ut defendant ab iniurijs, & offensis, & cognoscunt tantum de manifestis & notorijs, hi non possunt committere uices suas, ut est tex. in c.1. & c. fin. de offic. deleg. lib. 6. & glo. in d.c.1. Alij non remanent in nudo nomine conseruatorũ; sed ex forma rescripti ampliatur eorum potestas, & datur eis iudiciaria cognitio & iurisdictio, & rescripta hoc modo concepta appellantur secundum formam concilij Viennensis, ut inquit Ioan. and. in d.c. fin. col.2. in uerb. dictam & gemini. ibi in uerb. conseruatores, & Ioan. and. in additio. spec. in titu. de offic. deleg. §. fin. col. antepen. hoc casu sunt conseruatores, & delegati, secundum glos. magistram in c.1. de offic. deleg. lib.6. & ibi Ioan. and. & Gemini. notant, & sunt delegati ad uniuersitatem causarum secundum Gemin. in c. fin. §. officium. eo. titulo. & imol. in c. licet undiq; extra de offic. deleg. & Ias. in d.l. more, col.9. & hoc casu forte posset procedere prima opinio, ut scilicet posit delegare, tamen etiam hoc casu Gemin. tenet contrariũ, in d.c. fi. quia licet sit iudex, tamen non desinit esse conseruator, quæ qualitas excludit à potestate delegandi,
34 nisi personis expressis in d.c. fin. in princ. Vidimus supra q̃ magistratus qui habent ordinariam iurisdictionẽ, eam mandare possunt, quod etiam in minimis habere locum tradunt Doct. & ita se habet communis opinio; quã tenent glo. & Doct. in l. more per illum. tex. ff. de iur.

om.

om.iud.& Ang.in l.eum qui. eod.tit.glo. & Doct.in l.1.eo tit.& glo.& Doct. in hac.l.1.in princ. in uers. quæ uero iure magistratus, per istum tex.quæ conclusio licet sit communis, tamen non caret scrupulo p tex. in l.eum qui.ff.de iurisd.om.iud.propter quem crediderũt multi, q̃ hi, qui sunt sine imperio, non possint delegare, ideo pro ueritate habẽda, de hoc aliquanto diffusius
35 tractandum duxi. Hæc quæstio habet duplicem tractatum, uidelicet an iurisdictionem mandare possit, item an iudicem dare possit. quo ad primam communis conclusio est, q̃ iurisdictionem mandare possit. Pro qua communi opinione primo adducitur tex.in d.l.more.ubi ait lex q̃ is iurisdictionem mandare potest qui eam suo iure habet, & tex.in hac.l.1.uers.quæ uero, qui dicit quòd ea quæ competunt iure magistratus mandari possunt, & sic quilibet minimus magistratus iurisdictionem mandare potest, ut tradunt communiter Doct.quia quilibet magistratus etiam minimus habet iurisdictionem
36 suo iure, non alieno beneficio d.l.more. Secundo adducitur tex.in l.imperium, in fine.ff. de iurisd.om.iudic. intelligendo secundum communem opinionem Doct. q̃ iudicis dandi licentia sit iurisdictio, reuera ille text.loquitur de potestate dandi iudicem, non de potestate mandandi iurisdictionem, tamen per hoc non dico, quòd potestas dãdi iudicem, sit delegabilis, nam dato quòd tex. in d.l.imperium dicat quòd illa potestas sit iurisdictionis, tamen non aperit de qua iurisdictione sit, hoc est an sit de ea iurisdictione quæ delegabilis est; an de ea quæ mandari non potest, dicemus ergo quòd est de illa iurisdictione, quæ à lege specialiter est tributa, & ne-

mini competit, nisi ei cui tributa est.l.cum prætor.§.1. ff.de iudic. & per consequens non potest mandari talis potestas, per text. in hac l.1.in principio. quia non ualet consequentia aliquid est iurisdictionis, ergo mandari potest, exemplum est in ingenuitate & libertinitate, l.placet, in fin.C.de pedan.iudic. & sic fateri possumus, quòd iudicis dandi licentia sit iurisdictio, tamen non potest mandari per text. in d.l. cum prætor.§.2.
37 iuncta hac l.1.in princ. Tertio adducitur text.in l.1. ff.de iurisdict.om.iudic.ubi dicitur quòd iusdicentis officium est latißimum, quia multa facere potest, & inter alia litigantibus iudicem dare, sed text.ille non meretur allegari, quia loquitur de iudice dando, non autem de iurisdictione mandanda, quæ inter se differunt, ut dixi supra eod.in uers. mandata iurisdictione, numer.32.
38 cum mult.sequen. Quarto adducitur text.in hac l.1. in uers.quæ uero, ubi secundum communem intellectum est text.quòd ea quæ competunt iure cuiuslibet, etiam minimi, magistratus, possunt delegari, clarum est autem quòd quilibet magistratus municipalis habet iurisdictionem, ergo illam poterit mandare, qui tex.est optimus, & bene probat hanc opinionem. Quinto adducitur
39 text.in d.l.eum qui.ff.de iurisdict.omn.iudic. qui nullo modo probat, quia loquitur de iudice dando, non autem de iurisdictione mãdanda, & loquitur de magistratibus habentibus imperium, non aũt de his qui sunt sine imperio, & sic potius faceret in contrariũ, si de mãdanda iurisdictione loqueretur. Sexto adducitur tex.
40 in authen. de exhibend. reis in.§. si uero coll.5.ibi si uero non administrant. sed datus sit à quodam iudice,

siue

siue ex sacra forma, aut iussione, aut etiā ab aliquo administratore, ponderando. tex. illum ibi ab aliquo administratore, ut intelligatur de omni magistratu, dic ut dixi supra, quòd loquitur de iudice dato, non autem de eo cui mandata est iurisdictio, et ideo non oportet in-
41 sistere in responsionibus. per Soc. datis. Septimo adducitur tex. in l. finali. C. de pedan. iudic. qui reuerà potius probat contrarium, per argumentum à speciali, nam non est dubium, quòd illa negocia, de quibus ait. tex. superfluum esse adire præsidem, sunt humiliora negocia, ut ibi innuit. tex. et ideo si uera esset hæc communis sententia, quòd quilibet magistratus etiam minimus posset iurisdictionem mandare, frustra imperator indulsisset hanc potestatem præsidibus, et sic magnis magistratibus, si talis potestas etiam infimis competebat argu. l. 1. ff. ad municip. cum similibus. dic quòd ibi datur dispensatio ad mandandum iurisdictionem sine causa in leuibus, cum alioqui causa desideraretur. l. placet. C. eodem titulo. de quo articulo an scilicet iurisdictio sine causa iusta mandari possit, dicam infra. lib. 3. in uersic. cum alias iurisd. numero. 16. cum mult. seq.
42 Octauo arguitur sic; cui competit quod est plus, competit etiam quod est minus. authen. multo magis. C. de sacro. sanct. eccle. cum simil. sed magistratui municipali secundum cōmunem opinionem competit cohertio in personam, quæ est imperij. l. magistratibus. ff. de iurisdictione omnium iudic. ergo debet competere delegatio, quæ secundum Docto. est iurisdictionis. l. imperium in fi. eod. tit. potest responderi negando quòd hi magistratus habeant hoc imperium, et hanc cohertionē ut

dicam infra lib.3.in uersi.& ideo.nu.36.cum mult.seq. & sic cessat argumentũ,sed & dato q̃ habeant imperiũ hoc, sc̃dm cõem sensum doct. R n̄de secundũ Soc.q̃ argu mentũ de maiori ad minus nõ procedit in materia iurisdi ctionis,ut patet ex notat.in l.2.ff.de pen. & l.1.§.deportatus.ff.de leg.3.iũcta.l.illicitas.§. qui uniuersitas. ff.de offi.p̃sid.ubi glo.nam præsidibus conceditur dãnatio in metallũ, qđ est plus,& nõ conceditur deportatio quod est minus,per primũ libertas & ciuitas, per secun dum ciuitas tantum amittitur.ꝓpter quod istud argumẽ tum nõ procedit:ut probat manifeste Alex.in d.l.iubere.in 4.col. sicut etiam de pena & mulcta dicitur.nam multis cõpetit pene impositio,etiã corporalis,quibus nõ competit mulcte indicende potestas.l. aliud est fraus.§. fi.ff.de uerb.sig.& dicã inf.latius lib.4.in uersi.paul. not.nu.3.cum mult.seq.et nihilominus certũ est q̃ queli bet pena corporalis ẽ maior quacũq; pecuniaria,et quauis reali,l.in seruorũ.ff.de pen.prout ubiq; no.doct.& q̃ non ualeat hæc cõsequentia dictũ est supra lib.1.in p̃fa.nu.25.& 26. Item negatur q̃ delegatio de qua loq̃tur tex.in d.l.imperium sit iurisdictionis : ut dixi supra

43 eo.nu.36. & sic argumentum hoc nihil ualet. Nono adducitur text. in l.ea quæ.in princ.ff.ad municip. ubi tex.dicit q̃ magistratus municipalis non põt facere ea, quæ sunt magis imperij,quã iurisdictionis, uidetur ergo q̃ poßit facere ea quæ non sunt magis imperij, & sic potest facere ea quæ sunt iurisdictionis, arguendo à cõtrario sensu,quod argumentũ est ualidũ(ut hic tradunt oẽs doct.)delegare aũt est iurisdictionis.d.l.imperium.in fi. ergo põt iurisdictionẽ delegare. Respõdet Soc.negãdo

q̃

q̃ delegatio ſit iuriſdictionis, ſed ait potius imperij eſſe: ut per Alcia. in c. quod ſedem. de offi. ordi. & Soc. in d. l. 1. ff. quis & à quo. quia expeditur officio iudicis nobili ad priuatã utilitatẽ, ergo eſt mixti imperij, ſcd̃m diffinitionẽ Bart. in d. l. imperium, quem omnes ſequũtur in d. l. imperiũ. Deniq; dic q̃ ille tex. loquitur de iudice dã do, non aũt de iuriſdictione mandanda, & ſic nõ facit ad
44 *propoſitum.* Decimo adducitur *tex. in l. fi. ff. qui et à quo app. ibi dato iudice à magiſtratibus cuiuſcunq; ordinis.* Nõ *merebatur ille tex. allegari, quia loquitur expreſſe de magiſtratibus romanis, qui oẽs habẽt imperiũ. l. cum ptor. §. 1. ff. de iudi. Item loquitur de iudice dãdo, ut dixi etiam in proxi. argu. & ſic iſtud argumentum nihil ualet, tamen probatur cõcluſio ex alijs, maxime per tex. in l. more. ff. de iur. om. iud. & in hac l. 1. in uerſi.*
45 *quæ uero. & in. §. fi.* Ex *ſupradictis ergo fac concluſionẽ q̃ omnes qui habent iuriſdictionem, eam mandare*
46 *poſſunt, ſecundũ cõmunem opi. doct. in d. l. more.* Amplia *ẽt ſi ſit minimus magiſtratus, ſecundũ cõem opin. in*
47 *d. l. more.* Amplia *ſecũdo ẽt ſi non habeat magiſtratũ, dũmodo habeat ordinariã iuriſdictionẽ, ſcd̃m cõem opinio. doct. in d. l. more. ex quo concludunt cõiter doct. q̃ doctor iuriſdictionẽ quam in ſcholares habet mãdare poteſt, quod ego non admitto. ut dicam inf. eod. nume. 74.*
48 Amplia *tertio etiam ſi non habeat imperium, ſufficit enim q̃ habeat ſimplicem iuriſdictionem. l. imperiũ, in fin. ff. de iuriſdi. omni. iudic. & eſt cõmunis opin. do-*
49 *cto. in d. l. more. ff. de iuriſdi. omn. iud.* Amplia *quarto etiam in delegato ad uniuerſitatem cauſarum, ſecundum cõmunem opinionẽ docto. in d. l. more. qui dicunt*

q̨ unam causam delegare poterit, licet nō omnem iurisdictionem, quæ conclusio non transit sine scrupulo, ideo de
50 ea uidebimus infra. Amplia quinto etiā antequam adipiscatur exercitium iurisdictionis: ut est casus in l. aliquando. ff. de offic. procons. & in authen. de collator. §. ad hæc prohibemus. & in authē. de administ. §. illud autem. dic tamen q̨ illi sunt casus speciales, regulariter cō
51 tra est. l. obseruare. §. fina. ff. de offic. procons. Amplia sexto et in loco in quo non potest ipse exercere iurisdictionem. exemplum est in l. fin. ff. de offi. p̄fect. urb. ubi præfectus potest iubere iudicare extra urbem. &
52 ibi glos. fina. Amplia septimo procedere, siue totam iurisdictionem mandare uelit, siue speciem unam, siue causam unam. l. solet. & l. pretor. ff. de iurisdi. om. iud.
53 Amplia octauo procedere etiā si is qui mandat iurisdictionē, reseruet sibi sententiam, dūmodo hoc in casu lis corā se contestetur, & in medio reassumat cām, processumq̨; reuideat, & postmodū in fine omnia examinet, et scrutetur, ac sentētiā proferat. de hoc est tex. expressus secundū cōmunem opinionē doc. in auth. ad hæc. C. de iudi. secus est in delegato, nam secundū eos, nullo modo potest subdelegare, reseruata sibi sentētia. uerius dic q̨ ille text. loquitur de consiliarijs & assessoribus qui carent iurisdictione, non autem de his quibus mandata est iurisdictio, ut dicam infr. lib. 3. uersi. & ideo. nume. 42. &
54 sic non probatur ibi hæc opinio. Amplia nono etiam si sine causa iusta uelit iurisdictionem mandare. l. fin. C. de pedan. iud l. prætor. in uerb. maxime, secundū cōmunem opinio. ff. de iurisdictio. omnium iud. quæ tamen non est uera, ut dicam infra lib. 3. in uersi. cum aliàs iurisdictio,

ctio,nu.16. Amplia decimo etiã in mixto imperio,ut hac l.1.§.fin. & l.fi.inf.hoc tit, & Fulg.hic.& Alcia. in c.quod sedem.de offi.ordi. ratio est quia de coherẽtibus & cõnexis eadem est ratio, & idem iudiciũ. ut per Fely.& Dec.in c.trãslato. de consti.ideo & hoc imperiũ quod iurisdictioni coheret.d.l.imperiũ.facile transibit cum ipsa iurisdictione,ut dixi inf.lib.4.§ fin. in uersi paul.no.num. 2. cum mult. seq.

55 Amplia undecimo ẽt in his quæ sunt tributa spãliter,nam & hæc mandari poterunt,eueniente casu habili.l.solent.in prin.ff.de offi.pcon.& hac l.1.§.nõ aliter.hæc est potius limitatio q̃ ampliatio ad hanc regulã, regulariter enim talia non mãdantur,ut hic in princ. quod limitatur nõ pcedere in casu profectionis.d.uersi.nõ aliter.

56 Hæc regula sic ampliata recipit multas limitationes.et primo limitatur ut nõ poßit mãdari iurisdictio, ita ut qs iudicet eo die quo mãdans futurus est priuatus.l.eum qui.in fi.& ibi glo. ff.de iuris.om.iud.

57 Limitatur secũdo ut nõ deleget regulariter antequã ingressus sit prouinciã sibi decretam, & sic requiritur q acquisiuerit iurisdictionẽ actu et habitu.l.obseruare.§.fin.ff.de offi.procon. nisi in casibus specialibus de quibus supra in quinta ampliatione.

58 Limitatur tertio ut ea tantum mandare quis poßit, quæ pertinent ad eius iurisdictionem,l. unica. C. qui pro sua iurisdictio. alioqui nemo dat quod non habet. l. traditio.ff.de acquir. rerum domin. l.si filius. & ibi glos.C. de donatio.Bart.in l.obseruare.ff. de offic. procons.l.si uniuersæ. & ibi Bald. C. de lega.cum similib.

59 Limitatur quarto ut mandari non poßint, ea quæ specialiter tributa sunt,ut hac l.1.in prin.et ibi doct.et ego dixi su

60 *pra eo.in uerb.specialiter.* Limitatur quinto,ut iuris-
dictionem mandare non poßit, is qui magistratum nõ há
bet,licet habeat iurisdictionem à lege.l.more.ff.de iur.
om.iud.iuncta hac l.1.in uers.quæ uero. & ideo doctor
non poterit mandare iurisdictionem quam habet in scho-
lares,ut dicam infr.eo.nu.74.licet doct. cõmuniter sen
61 *tiant contrarium.* Limitatur sexto, ut non mandetur
iurisdictio,sine causa iusta, & sic ab ocioso mandari non
poterit.l.placet.C.de ped.iud nisi quo ad humiliora ne-
gotia,quæ etiam sine causa mandari possunt.l. fi.C.eod.
tit.ut dicam infr.lib.3.in uers.cum alias.nu.16.contra
cõmunem opinionem. Limitatur septimo, dummodo
62 *sit habilis & idoneus ille cui mandatur arg.l.cum p̃tor.*
§.2.ff.de iudic.per ea quæ tradit Fel.*in c.si pro debilita*
te.nu.2.de offic.deleg.facit tex.in c.statutũ,de rescrip.
lib.6.& ibi doct. Limitatur octauo nõ procedere in
63 *mero imperio,nam hoc regulariter mãdari seu transfer*
ri,non potest.l.nemo potest.ff.de reg.iur.l.solent.ff.de
offic.proconś.quod tamen patitur multas limitationes,
ut dicam infr.lib.4.§.fin.in uerb.imperium, nu.1.cum
mult.seq. Limitatur nono, procedere in mandato iu-
64 *risdictionis,secus in datione iudicis,nam in hoc requiri-*
tur,q; quis habeat magistratum cum imperio.l.eum qui.
ff.de iur.om.iud.l.cum pretor.§.1.ff.de iudic. hæc limi
tatio constituit regulam per se. Ideo dic q; regulariter
65 *iudicẽ dare non potest magistratus municipalis,nec alius*
qui caret imperio,licet habeat iurisdictionẽ ordinariã,
quicquid dicant doct.qui cõmuniter tenent contrarium,
per tex.in l.imperium,in fi.ff.de iurisd.om.iud. Pro
qua opinione est tex.expressus in l.eum qui.ff. de iuris.

om.

om.iudic.si non cauilletur. Secundo est tex.in l.cum pretor.§.1.ff.de iudic. Tertio est tex.in l.1.ff.de iur. om.iud.intelligendo secundum communem sensum, q ibi
66 *agatur de magnis magistratibus. Quarto adducitur tex.in authen.de exhib.reis.§.si uero.ubi iudex datur ab administratoribus,et clarum est,quod administrator intelligitur de magnis magistratibus,ut in auth.de iudic. in princ. & ibi glo.in uerb.administratoribus, & in authen.de defensor.ciuit.§.nulla, & in auth.de administ. in rub. & in tex.& in d.§.si uero. Quinto adducitur text.in l.ea quæ.ff. ad municip. iuncta d.l. eum qui ff.de iur.om.iud. Sexto adducitur tex.in l.fi.ff.quis & à quo,ubi loquitur de magistratibus romanis tãtum, & sic excludit alios,arg.d.l.cum pretor,in princ.*
67 *Septimo adduci potest text. in l.unic.in uerb.pcepto.C. qui pro sua iurisdictio. licet à quibusdam pro opinione cõmuni adducatur, ex quo ibi simpliciter dicit imperator ualere delegationes, si pertineant ad iurisdictionem delegantis,nec distinguit unum magistratũ ab alio,ergo*
68 *nec nos distinguemus. Ad hoc rñde q illa lex est facta ad restringendũ text.in l.cũ ptor.§.1.ff.de iud.et tex. in l.eum qui.ff.de iur.om.iu.Quibus in locis dicitur, q magistratus qui habent imperium ,possunt iudices dare, ne ergo quis putet hoc nimis late accipiendum esse,facta est constitutio,de qua in d.l.1.per quam limitatur & restringitur dispositio generalis,de qua in d.l.eum qui, & d.l.cum pretor, & dicit lex,quòd non indistincte ualebunt delegationes,sed ita demum ualebunt, si pertineant ad iurisdictionem delegantis, non aliter, & sic preuidit legislator, ne aliquis magistratus uelit dare iudicem*

ſuper re ad alienam iuriſdictionem pertinēte. Bene ergo
uult tex. q ita demum ualeant delegationes, ſi pertineāt
ad iuriſdictionem delegantis, ſecus ſi pertineant ad alie-
nam iuriſdictionem, ſed q quilibet qui iuriſdictionem ha
bet, poßit delegare, hoc non dicit ille tex. nec ſuper hoc
facta ē lex illa, nec ibi de hoc dubitabatur, igitur nec de
69 terminatio de eo facta eſt, quæ debet eſſe congrua. l. 1.
§. ſi qs ſimpliciter. ff. de uerb. oblig. quæremus igitur ex
alijs legibus de perſonis, quæ poſſunt delegare, quas qua
litates habere debeant, uidelicet ex d.l. eum qui, & ex
d.l. cum prætor, ut una lex ſecūdum aliā ſuppleatur, et
declaretur. l. non eſt nouum. ff. de legib. & cōcordetur
l. unic. C. de inoff. dotib. & ut euitetur legum correctio.
l. præcipimus. C. de appel. in fi. cum ſimilib. & per hæc
redditur ſatis dubia cōis concluſio, ideo multi in contra
riam iuerunt ſentētiam, ſcilicet q immo magiſtratus mu
nicipales qui carent imperio, non poßint iuriſdictionem
mandare, nec iudicem dare, quā opi. tenuit Fulg. in d.l.
eum qui, & d.l. more, ubi ait q illi tantum magiſtratus
70 qui habēt imperium poſſunt delegare, idem tenet Soc. in
l. 1. in 3. quæſt. princ. ff. quis & à quo appell. idem tenet
And. Alciat. in lib. 2. paradox. ca. 8. dū tenet q hæc po-
teſtas ſit mixti imperij, pro qua opin. uidetur tex. ex-
preſſus, in d.l. eum qui. ff. de iur. om. iud. & in l. cū præ
tor. §. 1. ff. de iudic. & in l. imperium. ff. de iur. om. iud.
uerſ. fi. ſecundum intellectum Alciat. iuncta. l. 1. in prin.
& tex. in l. fin. ff. qui & à quo appell. iūcta. l. cum præ
tor in princ. ff. de iudi. ex quibus iuribus apertißime pro
batur; quòd ad hoc, ut quis iudicem dare poßit, oportet
quòd habeat imperium, & per hoc excludūtur munici-
pales

pales magistratus, qui carent imperio. d.l. ea quæ. ff. ad
71 municip. ex quo non habēt imperium. Non obstat tex. in l. imperium. in fi. ff de iur. om. iud. secundum communem intellectum, quia ille intellectus non est uerus, ut sæ
72 pe dixi. Non ob. tex. in l. magistratibus. ff. de iur. om. iudic. quia intelligitur, ut dicā inf. lib. 3. in uers. & ideo, numero. 36. deniq; dato q. habeat imperium, tamen per hoc non habet potestatem dandi iudicem, quia nō omnes qui habent imperium exceptis magistratibus romanis habent hoc ius, sed illi tantum quibus specialiter datum est d. l. cum prætor. §. 1. ff. de iudic. faciunt ea quæ dixi supra lib. 1. in præfationib. numero. 24. & 25. Non ob.
73 tex. in l. 1. C. de emancip. lib. quia ibi uerbum potestas accipitur pro facultate non pro impio, & dato q. significet imperium, tamen per hoc non sequitur q. hi habeant
74 potestatem dandi iudicem, ut proxime dixi. Patet ex supradictis quòd doctor non poterit delegare, tamen in contrarium est communis opinio, ea potißimum ratione, quia habet ordinariam iurisdictionem in scholares, ut in auth. habita. C. ne filius pro patre. quicquid dicat Zas. qui eam appellat innominatam, & male secundum Cagnoll. in l. 2. §. his legibus latis, numero. 91. ubi ait illum errare, & hanc iurisdictionem esse ordinariam, & delegabilem, ut per Doct. in hac. l. 1. in uerb. delegatam, & per Alex. in l. solet col. fin. ff. de iur. om. iud. et Bar. in l. ambitiosa. in fi. ff. de decret. ab ordi. fac. allegat etiā ea quæ scribit Curt. in tract. Feudo. q. 8. in ult. part.
75 Subdit præterea idē Cagnoll. q. dato ēt q. hæc iurisdictio sit delegata, tamen est delegabilis, cum sit à lege data, ut per Alex. in l. more, col. 3. ff. de iur. om. iud. & in

l.1.ff.de dam.infect. & in ppoſito eſt glo.in l. & ſi prætor.inf.hoc titu.et in d.authen.habita.C.ne fil.pro pat. & ita cum opinione cōi reſidet Cagnoll. in d.l.2.§.his legibus.Idem tradit Nicol.Bello.in rub.ff. de offic.eius, nume.19.ubi ait Zaſium decipi, & q̧ Doctor habet iuriſdictionem ordinariam,et q̧ poteſt delegare. Ego nūc non diſputo an ſit ordinaria uel delegata,clarū eſt enim
76 *q̧ à lege datur,ut in d.auth.habita. Sed dico q̧ ſpecialiter & nominatim tribuitur hæc poteſtas à lege docto ri,cui proculdubio non competijſſet, niſi nominatim, & ſpecialiter data fuiſſet,cum doctor ipſe in initio, quando ceptum eſt creari doctores, non haberet iuriſdictionem talem,nominatim igitur,et ſpecialiter data eſt hæc poteſtas doctori ex lege, ſeu ex conſtitutione principis,*
77 *quæ ē in d.auth.habita. Ex quo ſequitur q̧ doctor nō poteſt delegare huiuſmodi iuriſdictionem,per regulam*
78 *de qua in hac l.1.in princ. Item quia doctor non gerit magiſtratum,ergo nō poteſt iuriſdictionem mandare,cū nulla ſibi cōpetat iure magiſtratus,ut hac.l.1.uerſ.quæ uero,ſed nec iudicem dare poterit,quia nemo poteſt iudicem dare,niſi is qui in aliquo eſt magiſtratu.l.eū qui.ff. de iur.om.iud. & quidem oportet q̧ ſit de magnis magi*
79 *ſtratibus qui habeant imperium,ut dicit ille tex. Itē edictum de dando iudicē eſt permiſſorium.i.non poſſunt aliqui iudicē dare niſi illi quibus hoc permiſſum eſt, uel lege,uel ſenatus cōſulto,uel cōſtitutione principis,uel conſuetudine,ut egregie dicit.tex. in l.cum prætor.§.1.ff. de iudic.inter hos autem quibus id conceſſum eſt,non cō numeratur doctor, ex quo ſequitur q̧ iudicem dare non poteſt,quicquid dicant alij, & ita etiam ſeruat conſuetudo.*

80 *tudo. Nunc generaliter uideamus an delegatus possit*
iurisdictionem mandare, aut iudicem dare, doctores con
fundunt has quaestiones, quae sunt due, & faciunt unam
solam conclusionem, quā sic cōcipiunt, q; delegatus non
subdelegat, ita enim appellant eum cui mandata est iuris
dictio, licet non satis proprio uocabulo, nam ego soleo ap
pellare delegatum, iudicē datum, non autem eū cui man
data est iurisdictio, omissa tamen disputatione uocabulo-
rum, quae pertinacibus est relinquenda, ut p glo. in rub.
ff. sol. matrimo. ego pro nunc ponam conclusionem prout
faciunt Doct. *in qua tamen, utraq; examinabitur.* Con-
clusio fit per Doct. *q; delegatus non subdelegat commu-*
niter recepta, p tex. in l. à iudice. C. de iudic. et ibi Doc.
& per tex. in l. more. ff. de iur. om. iudi. & ibi Bart. *&*
communiter Doct. *ratio est secundum* Doct. *in d. l. à iu-*
dice, quia iurisdictionem propriam nō habet, ut hac. l. 1.
§. fi. quam rationem assignat. tex. in d. l. more, & pro-
bant Doct. *in c. cū* Bertoldus. *de re iudic. & haec est ue-*
ra & communis ratio, quae sine dubio procedit in eo qui
habet mandatam iurisdictionem, & eam mandare uult,
secus si uelit dare iudicem, tunc haec ratio nō est bona,
ideo alia ratio allegatur à quibusdam, quam scilicet ex-
primit. tex. in l. à iudice. C. de iudic. quia iudiciario mu-
nere fungitur, quam rationem dupliciter declarat glo.
in d. l. à iudice, ī uerb. munere, primo exponit, munus. i.
honorem, & conuenit cum prima ratione, uult enim di-
81 *cere q; habet iurisdictionē alieno beneficio. Secūdo ex*
ponit munus, idest onus, quod munus necessarium est, et
& sic iudex datus delegationē suscipere cogitur, et ad
implere hoc munus, et hoc ministeriū, seu officiū iudican

ti,tanquã onus,seu angariam,l.fi.§.iudicãdi.ff.de mun. et hono.hanc sequitur Io. an.in c.ẽis cui,de of.deleg.lib. 6.licet ab eo nõ ita bene explicetur, quæ tñ improbatur ab Ias.in d.l.à iudice,quia sc͂dm eũ nõ minus incũbit necessitas iudicãdi magistratibus ordinariis,q̃ iudicibus delegatis,et ita intelligit tex.in d.§.iudicandi,q̃ loquatur de ordinario magistratu,& ppeá sc͂dm eũ,si ratio hmõi esset bona,ordinarius eadẽ rõne non posset delegare,q̃a iudicãdi necessitate astringitur,sed ignoscat Ias.nõ pcipit intẽtionem glo.nec est uerũ,q̃ tex.in d.§.iudcandi loquatur de ordinario magistratu,sed loquitur de priuatis psonis,q̃ tenẽtur ad onera ciuilia,ut suadet ibi titulus et materia subiecta,inter q̃ onera cõnumeratur iudicãdi necessitas,et sic loquitur de iudicibus datis,de qbus facta ẽ longa mentio.supra eo.in uers.mãdata iurisdictione,nu. 18.& lib.1.in p̃fation.nu.35.Nec refert,q̃ etiã ipsi magistratus debeãt officiũ suũ adimplere,tñ ad hoc pcise nõ coguntur,ut dixi supra in uerb.spãliter,nu.10.Item non hñt magistratũ,tanq̃ munus,seu onus,nec cogũtur inuiti suscipere magistratũ,iudices aũt dati coguntur suscipere hoc munus iudicãdi, ita loqtur tex.in d.§.iudicãdi, et ita dicũtur fungi munere iudiciario,d.l.à iudice.Hæc ratio optime cõuenit iudicibus datis,seu delegatis, ideo utrãq; rõnem sequar,diuersis tñ casibus,nã cum de mandanda iurisdictione agetur,tunc utar ea rõne,quã adducit tex ĩ d.l.more,cũ uero de iudicibus dãdis,seu delegãdis tractabitur,utar ea rõne,quã adducit tex. ĩ.d.l.à iu-
82 dice. Alia rõ mihi succurrit,quã adducit tex.in hac l. 1.in uers.et ideo.ĩ uerb.delegatã,q̃a.s.iudex delegatus, habet iurisdictionẽ ex spãli cõmissione,nõ iure magistra

tus

tus, et ppea ab eo iurisdictio mãlari nõ põt, q̃ rõ militat in iudice dato, seu delegato, q uult mãdare iurisdictionẽ, nã cũ negari nõ poßit, qn eã habeat iure suo. i. à lege, et ĩmediate, nõ alieno bñficio, cessat rõ de qua in d.l. more, cessat ẽt rõ, de q̃ in d.l. à iudice, qa hic nõ tentat dare iudicẽ, sed mãlare iurisdictonẽ. Itẽ iudex datus à lege nõ dicitur fungi munere iudiciario, qa tãq̃ munus ciuile hoc ei lex nõ defert, sed extra ordinem, qa sibi placet, et sic cessat ratio, de qua ĩ d.l. à iudice, tñ nõ põt iurisdictionẽ mãdare, ut dicã inf. in 7. limitatione, nu. 101. p hũc tex. et ita hæc ratio interdũ habebit locũ, et ea utar loco suo. nõnulle alie aßignãtur, de qbus meminit Iaf. ĩ d.l. à iudice. col. 1. et 2. q̃s nõ refero, qa sunt imaginarie et cõmẽtitie rõnes, de qbus nõ est curãdũ. l. si alij. ff. de usufruc. leg. tradit Alex. in cõs. 139. nu. 5. col. 2. lib. 6. et Bal. in cons. 452. nu. 8. uol. 1. Crauett. cons. 161. nu. 13. uol. 1.

83 Ampliatur hæc regula multis modis. Primo ut pcedat etiãsi ptes cõsentiãt delegationi factæ, ab eo cui mãdata est iurisdictio, ita tradit Innoc. in c. cum Bertoldus, de re iud. et ibi Bal. col. 4. et Ant. de bu. col. 12. et spec. ĩ ti. de iud. deleg. §. 1. uers. sed nũqd, et pbat Iaf. in d.l. à iudice. col. 2. cõtra uidetur tex. ĩ c. fi. §. is aũt, de of. dele. ibi dũmõ ptes cõsentiãt, ubi cãæ indelegabiles pñt subdelegari ptibus cõsentiẽtibus, q tex. loqtur de delegato, et sic de eo q nõ hẽt ppriã iurisdictionẽ. Item loqtur de eo q uult subdelegare ĩ casu, quo nõ põt regulariter, tñ dicit q ptibus cõsentiẽtibus põt. rñderi posset istud pcedere de iure canonico, scdm qd materia delegationũ hẽt laxiores habenas, ut tradũt doc. ĩ c. qd sedes de of. or. de iure ciu. poterit sustineri hæc ãpliatio cõiter recepta et approbata.

uel dic potius, q. delegatus ille, de quo loquitur tex. in d. c. fin. habet iurisdictionem, quia est delegatus principis, uel legis, l. et quia. ff. de iur. om. iud. tamen habet delegatam, & sic specialiter commissam, ideo subdelegare non potest, ut hac l. 1. in princ. cur ergo partibus consentientibus hoc potest? cum innuat contrarium text. noster, in uers. non aliter itaq;. forte dici potest, quòd tex. noster loquitur de commißione speciali, & noua, quæ fit à lege, uel constitutione principis, secus uidetur, si ex rescripto principis specialiter iniungatur, quòd personaliter exerceat, nam hoc casu cessat dispositio, de qua in hac l. 1. in princ. & tunc militat dispositio, de qua in l. sæpe, & l. seq. ff. de offic. præsid. & sic tex. in d. c. fin. est declaratorius dispositionis, de qua in l. sæpe, & loquitur de causis delegabilibus, & uult tex. quòd quando similes causæ delegabiles, alicui cõmittuntur à principe, per rescriptum, si ex uerbis rescripti appareat, quòd uult illas personaliter explicari, nõ poterit iudex datus, alterũ iudicẽ dare, nisi partes consentiant, si uero causæ sint de sui natura indelegabiles, tũc etiam partibus consentientibus, non potest iudex datus subdelegare, ut d. c. fin. §. fin. & ita etiam de iure canonico sustinetur hæc ampliatio, declarata ut supra, ut scilicet mandari non poßit iurisdictio, etiam partibus consentientibus, siue de iure ciuili, siue de iure canonico loquamur, iudicem autem dare poterit in causis delegabilibus, etiam si expressum fuerit in rescripto, q. personaliter exequatur, dummodo partes consentiant, in causis autem indelegabilibus partium consensus nihil operabitur, & puto q. in hoc concordet ius ciuile cum canonico, et hæc intellige procedere in dele-

gato

gato legis, ac principis, secus in delegato ab alio iudice, quia hic nullo modo poterit subdelegare, etiam si partes consentiant. d. l. à iudice, & hæc diligenter nota, quia nō
84 inuenies apud aliquem ita declarata. Secundo amplia hanc conclusionem, ut procedat etiam in casibus, in quibus alias mandari potest iurisdictio indelegabilis, ab eo qui proprio iure eam habet, puta quando quis profecturus est, quo casu etiam cognitio meri imperij mādari potest, ut hac l. 1. uers. huius rei, & uers. non aliter, & ibi omnes doct. tradunt, tamen hoc casu, is qui mandatam habet iurisdictionem alteri mandare seu subdelegare nō poterit, ita tenet notab. Bart. in l. legatus circa fin. ff. de offic. pcons. & probat Ias. in d. l. à iudice, col. 2. C. de iud. quod uerum est, in eo qui habet mandatam iurisdictionē, per tex. in l. fin. hoc titulo, & d. l. more. secus uidetur in iudice dato à lege, uel cōstitutione principis, ita loquitur tex. noster, in hac l. 1. in uers. huius rei, nam hic agitur sine dubio, de eo qui habet iurisdictionem delegatam à lege, uers. & ideo, in uerb. delegatam. Item procedit quo ad mandandam iurisdictionem, nō aūt quo ad dandū iudicem, quia in casu profectionis iudex dari poterit, ab eo scilicet qui aliter habet hanc potestatem, d. l. à iudice.
85 Tertio amplia procedere, etiam si in isto delegato cōcurreret aliquid potestatis date à principe, ut patet in cap. super quæstionum, in d. §. si uero. in principio. & ibi Felyn. not. de offic. delegat. Quarto amplia, procedere etiam si hic delegatus datus fuerit ex iussu principis, etiam iudicem ipsum nominatim declarantis, nam ille iudex sic datus censetur datus non a principe, sed ab eo, à quo datur, l. fi. ff. quis & à quo appellat. licet doct.

contrarium cõmuniter sentiant & male, ut inf. eod. nu. 104. Quinto amplia conclusionem istam ut procedat etiam post litem cõtestatam. ut not. glos. in c. 1. in uerb. procurator. de procur. lib. 6. & ibi Franch. col. 2. nu. 6. uersi. in ea glo. in fi. tex. est & ibi glos. in c. cum causam. in uerb. delegatus. de appella. & glo. in c. cũ bertoldus. in uerb. cõmittentibus. de sent. & re iudi. & Fely. in c. super questionũ. col. fi. uersi. ult. fallit, de offi. delega. ubi ait ita se habere cõmunem opinionem. & Ias. in d. l. à iudice. col. 2. & Doct. cõiter in l. more. ff. de iur. om. iud. contrariũ tenet glo. in l. legatus. ff. de offi. procons. & glo. in l. & quia. in uerb. nec ipsa lex. in fi. ff. de iurisd. om. iud. & glo. in l. fin. in uerb. non habent. C. ubi & apud quem. Sed cõiter reprobãtur, ut ait Fel. in d. c.
86 super qõnum. §. si uero. col. fi. uersi. ulti. fallit. Sexto amplia procedere etiam in delegato à iure ꝑtorio, ideo magistratus municipales non poterunt delegare iurisdictionem sibi delegatam à prætore, in l. 1. & l. 4. §. duas. ff. de dam. infec. & de hoc est cõmunis opinio, ut p Barto. in l. 4. § si intra. ff. de dam. infect. & ibi Roma. & Imol. dicunt illud dictum esse singulare, & communiter sequũtur doct. ut per Alex. in d. l. more. & Ias. in d. l. à iudice. & Dec. in c. cæterum. in fi. primi not. de iud. et Bello. in trac. de offi. eius. nume. 45. quod etiam procedere aiunt. in delegato ex constitutionibus baronum uide Bellon. ubi supra, numero. 46. Septimo amplia procedere etiam in delegato à lege, ut est exemplum in hac l. 1. in princip. & in uersi. & ideo, quicquid dicãt alij docto. qui tenent contrarium, dum putant quòd equiparetur delegato principis. alleg. text. in c. ab arbitris.

de offic.deleg.lib.6.& Io.and.in c.ad abolendam.de heret.& Alex.in l.more.ff.de iurisd.om.iudi. Bellon.in tract.de offi.eius, nume.45. & propterea poßit delegare.ut per Alex.in d.l.more per l.à iudice.C.de iudi.& Bar.in d.l.4.§.si intra.ff.de dam.infec.& ibi Roma. & Imol.& Iaf.in d.l.à iudice.& Dec.in c.ceterum.in fi.primi not.de iudi.super quo uide quæ dixi inf. eo.nu. 101.102.& 103. Octauo amplia cõclusionẽ hanc ut non solũ iurisdictionẽ, mandare nõ poßit, sed nec iudicẽ dare poterit, d.l.à iudice.C.de iudi.& ibi doc.qui tamẽ confundũt utrũq; casum, q̃ ampliatio procedit in eo, qui est iudex datus ab magistratu aliquo secus in eo, qui datus est, à principe, d.l.à iudice. Idem puto in delegato à lege, ita procedat id quod tradit Alex.ĩ d.l.more. col. 3.ff.de iurisf.om.iud.& in hac l.1.in 3.not.& in l.1.ff. de dam.infec.& Bar.in l.4.§.si intra.eo.ti. & ibi Roma.& Imol.& Iaf.in d.l.à iudice.& Dec.in c.ceterũ. in 1.not.in fi.de iudi.& cõiter doc.ut per Alex. in locis alleg.quia equiparatur delegato principis.c.ab arbitris.de offi deleg.lib.6.et p Io.and.in c.ad abolendũ. de heret.et Alex.in d.l.more.& Bellon.in tract. de offic. eius nu.45.de quo delegato principis faciemus cõclusionẽ separatã, inf.eo. nu.120.
87 Limitatur hæc conclusio multis modis. Primo ut non procedat in delegato principis.tex.est in d.l. à iudice, C.de iudi.& ibi tradunt cõmuniter doc.et tradit Alex.in hac l.1.nu.19. Sed hæc limitatio facit per se unam conclusionem quæ recipit multas restrictiones, ideo de hac separatim tractabo, infra eo.nu.120 cũ mul.seq. Scdo limita nõ pcedere hanc
88 cõclusionẽ in legato prõcõsulis.ipse.n.subdelegare põtt ut inquit glo.in l.à iudice.C.de iudi.in uerb. non habet.

& est tex.in l.legatus.ff.de offic. proconſ.& in l.cum ꝑtor.§.1.ff.de iudi.glo.ibi putat ſpeciale eſſe,& meo iudicio recte loquitur,nam lex ipſa hoc exprimit, regula eſt.n.ꝙ iudicis dādi licētia nemini cōpetit niſi ei,cui lex hoc noīatim dederit,uł ſenatuſcōſultū,uel cōſtitutio prī cipis.deinde ſubdens exempla legis proponit legatum.d. l.cū ꝑtor.§.1. & ſic nemo dubitare poteſt quin lex hoc nominatim & ſpecialiter dederit legato, Bar.tñ in d.l. à iudice.rationē aßignat,quia inquit eſt delegatus de cō ſcientia legis, fit enim titulus ſpecialis de eo. l.1.ff. de offic.proconſ.& legat.quod non fit de alijs, quibus mandata eſt iuriſdictio, & habet etiam alia ſpecialia, ut ait gloſ.in d.l.à iudice.quæ ratio placet Iaſ. in d.l.à iudice.& Fely.in c.ſuper queſtionum.§.ſi uero.col.penul. Si attendimus hanc rationem,omnes omnino quibus mā data eſt iuriſdictio habebūt ius dandi iudicem,quia nemo dubitat ꝙ omnis mādata iuriſdictio, de cōſciētia.i. de cō ſenſu legis,emanat.ut eſt tex.in l. & quia.ff.de iuriſdi. om.iud.tamē iſta ratio nō eſt bona, quia oporteret ꝓbare,ꝙ ea quæ fiunt de cōſcientia legis,habeāt hanc ꝓrogatiuam,qđ nullibi probatur,ergo ratio nō ſatisfacit.l. illam.cum ibi cumulat.per Iaſ.C.de collation.Secunda rō de qua etiam meminit Fely.in d.§.ſuper qōnum, ea eſt, quia maioris eſt auctoritatis,q̄ alij,patet, quia reuocari nō poteſt principe incōſulto.l.ſolent.§.1.ff.de offi.proconſ.ſecus eſt in alijs.l. iudicium.ff.de iudi. oportet ꝓbare ꝙ hmōi auctoritas & poteſtas haberet hanc ꝓrogatiuam,quod nullibi probatur.ergo ratio nō ſatisfacit, ꝑterea non caret ſcrupulo, qđ dicitur alios delegatos poſſe
89 reuocari incōſulto principe,ut poſtea oſtendam. Alia
ratio

ratio est, quia proconsul in sua prouincia est instar prin cipis. l. nec quicquã. ff. de offi. procon. ergo & c. hæc rõ militat etiam in præside. l. omnia. ff. de offi. p̃si. & in p̃fe cto urbis. l. 1. in prin. & . §. in initio. ff. de offi. p̃fec. urb. Ideo par iuris effectus in omnibus esse debet, q̃d negant doct. Saly. dicit in d. l. à iudice. hoc ideo statutum fuisse, quia legatus proconsulis, dicitur delegatus ad uniuersitatem causarũ, l. obseruare. §. fi. & l. seq. ff. de offi. pro cons. & hoc modo non erit speciale in legato proconsulis. d. l. cum p̃tor. §. 1. quod reprobat Alexã. in l. more. col. 2. ff. de iurisd. om. iud. licet postea ibid. col. 10. mutet sententiã. Et idem tenet Ias. in d. l. à iudice. col. 2. & est cõis sentẽtia. Subdit Ias. q̃ si causa una specialr̃ cõmitteretur legato à proconsule, legatus non posset eam subdelegare, quod ẽt tenet glo. & Bart. in d. l. legatus. ff. de offic. procons. & glo. in c. super quæstionum. §. si uero. in uerb. delegare. de offic. deleg. Sal. & Ias. in d. l. à iudice glo. in d. l. cum p̃tor. §. 1. & Fulgo. in d. l. more, & ita se habet cõis opinio, & uera est. p tex. in d. l. cũ prætor. §. 1. ubi cũ ait datam potestatẽ dandi iudicẽ, his quibus mandata est iurisdictio, exemplificãdo restringit regulam ad eos, quibus tota iurisdictio mandata est, ibi, hi quoq; quibus mandata est iurisdictio iudicem dare possunt, ut sunt legati proconsulũ, & sic oportet q̃ sint tales quales sunt legati, alioqui non poterunt iudicẽ dare, ut innuit ille tex. Tu dic q̃ iurisdictionẽ mandare nullo modo poterit, per tex. in l. fi. inf. hoc titulo, & in l. more. ff. de iurisd. om. iud. & hoc sine dubio uerum est in iurisdictione generali sibi mandata à proconsule, sed an erit idem in his quæ sibi ex lege ipsa competunt; ut sunt

potestas dandi tutorem.l.1.ff.de tuto. & curat.dat.ab his.l.penul.ff.de offic.procõs. & ibi glo. & iudicis dandi potestas.l.legatus. eodem titulo.l. cum prætor.§.1. ff.de iudic. & potestas mulctandi.l.2.ff.quis & à quo & l.1.C. de offic.procons. hæc enim habent iure proprio, & ex lege, ut innuit tex. in l. legati.ff. eodem titulo, dic quòd idem erit etiam his casibus, scilicet quòd mandare non poterit, quia militat ratio de qua in hac l.1.in principio, hæc tñ in casu profectionis poterit mãdare, ut hac.l.1.uersic.huius rei.item iudicem dare poterit hic legatus, etiam in his, in quibus sibi mandata est iurisdictio, quia hoc habet ex lege.d.l. cum prætor §.1.ff. de iudic. & hoc casu procedit hæc limitatio,
90 *quam tamen non ita declarant* Docto. Tertio *limita generaliter in oĩbus qui habent iurisdictionẽ, mandatam ex consciẽtia legis, hæc.n.est ratio quã allegat glo.in.l. legatus.ff.de offic.procons. &* Pet.Cyn. & Bart. & Alex.*in d.l.à iudice, &* Alex.*in d.l.more, quare legatus proconsulis habeat potestatẽ dandi iudicem, quæ rõ cum sit generalior dicto debet cõprehendere alios casus in qbus militat eadẽ ratio.l.regula.§.fi.et ibi not.* Bar. & Bal.*ff.de iur. & facti igno.l.2.§.si mater.in uers. quod si curatores, et in uers.qd si decesserint.ff.ad* Tertulli.*l.nomen debitoris.§.fi.ff.de leg.3. cum similib.tñ quia ego non admitto hanc rõnem, ut dixi non pbo hanc limitationem.* Et *est aduertendũ q. ista uerba ex cõsciẽtia legis in hoc casu nihil aliud important, nisi q. ex consensu legis et ex cõfirmatione legis habet iurisdictionẽ, ut habet legatus de quo exemplũ proponitur, tñ non habet immediate à lege sed à pconsule.l.legat.ff.de offic. procons.*

proconſ.ſed clarũ eſt q̃ oẽs, quibus mandata eſt iuriſdictio, habẽt iuriſdictionẽ ex conſenſu & ex cõfirmatione legis, ut eſt tex. in l. et quia. ff. de iur. om. iud. ex hoc ſequitur q̃ admiſſa hac limitatione, oẽs oĩno quibus mandata eſt iuriſdictio eã ſubmãdare poterũt, et ſic fruſtra facta eſt. l. fin. inf. hoc titulo, nõ eſt igitur uera hæc limi
91 tatio, niſi prout dicam inf. in. 5. limitatione. Quarto limita nõ procedere in delegato legati de latere, hic enim poterit ſubdelegare, ut p Alex. in l. more col. 2. nu. 7. ff. de iur. om. iud. idem tenet Bal. & Iaſ. in d. l. à iudice, et Ang. in d. l. cum p̃tor. ff. de iudi. & abb. in c. cũ Bertoldus, de re iud. ant. de but. et Fel. in c. ſup quæſtionũ. col. pen. uerſ. ſecũdo fallit, & Frãch. in c. cũ cauſam. q. 8. de appell. & ita ſe hẽt cõis opinio, et ita in facto obſeruari uidit Alber. in d. l. à iudice. Rõ eſt quia legatus de latere equiperatur pconſuli c. 2. de offic. leg. lib. 6. ſpec. in titulo de legat. §. 4. uerſ. facit. Secunda rõ eſt quia in prouincia maior eſt oĩbus poſt principem c. ſi abbatem, de electio. lib. 6. Fel. in d. c. ſup quæſtionum. §. ſi uero, nu. 16. in fi. de offic. deleg. Tertia rõ eſt qa legatus equiperatur profecto p̃torio, ut inquit glo. in l. 1. ff. de offic. p̃fect. prӕto. Frãch. in d. c. cũ cauſam, Fel. in d. c. ſuper
92 quæſtionũ. Cõtra hanc limitationẽ tenet Io. an. Anch. & Gemin. in d. c. 2. de offi. deleg. lib. 6. et Roma. in d. l. more, & hoc putat uerius Alb. ĩ d. l. à iudice. tñ Fel. ſuſtinet cõem opiõnẽ. p tex. ĩ d. c. cũ Bertoldus, et meo iudicĩo pro cõi opinione ẽ tex. ĩeuitabilis ĩ. d. l. cũ p̃tor. §. 1. ff. de iudi. ubi gñal'r loq̃tur de oĩbus q̃bus mãdata ẽ iuriſdictio, talis, qualis legato pconſulis mãdari ſolet. Hanc limitationẽ cõi ſuffragio cõprobatã, reſtringe nõ pcedere

in delegato simplicis legati. sed oportet q; sic delegatus à legato de latere, alioqui iudicem dare nõ poterit, ita tenet Franch. in d.c. cum causam. de app. & probat Fel. in d.c. super quæstionum. §. si uero. col. fi. nu. 6. in fi. de offi. deleg. Mihi uidetur idem esse quod in alio quocũq; cui sit mãdata iurisd. generalis, per tex. in d.l. cũ ꝑtor. facit etiã tex. in d.c. cũ Bertoldus, de re iud. et tex. ĩ l. 1. §. damus. ff. de supec. tu. et sic nõ sustinetur hæc restrictio. Secundo restringe dũmodo ad unam causam tãtũ iudicẽ dare uelit, secus si uniuersam iurisdictionẽ mãdet ꝓut dicã de legato ad uniuersitatẽ cãrum, in sequẽti limitatione, et ita tenẽt cõiter doct. Tertio restrĩge ꝓcedere ĩ datione iudicis, ita loqtur tex. ĩ d.l. cũ ꝑtor. secus si is uelit iurisdictionẽ mãdare, nã hoc nõ poterit, qa ĩdistĩcte oĩbus probibitũ est, qui alieno beneficio iurisdictionẽ habent, eam mandare. l. more. ff. de iur. om. iudi. l. fi. inf. hoc titulo, ad hoc faciunt ea quæ dixi in secunda limitatione, & hæc bene nota, quia Doct. non ita distinguunt, & per hæc ego dico q; talis delegatus alteri pari uel maiori non poterit causam subdelegare, arg. l. nã magistratus. ff. de arbit. ut dixi supra. eo. in uers. mandata iurisdictione, nu. 40.
53 Quinto limita non procedere in delegato ad uniuersitatem causarum, & sic etiam in eo cui mandata est iurisdictio à prætore, per tex. in d.l. cũ prætor. §. 1. ff. de iudic. qui generaliter, & indiffinite loquitur de eo, cui mandata est iurisdictio, & licet exemplificet in legato proconsulis, tamen nõ tollit quo minus etiã idem obseruetur in alijs similibus, quia exempla non restringunt regulam. l. 1. §. quod uulgo. ff. de ui & ui armat. l. damni infecti stipulatio ꝑtinet. ff. de dam. infect.
& non

& non potest negari, quin eodem iure censeatur is, cui prætor mandauit iurisdictionem, & legatus. ut est tex. in l. 1. §. damus. ff. de suspect. tutor. nisi in specialiter da tis soli legato, uel pōt dici q̄ gratia frequentioris usus, de legato loquuta est lex, ideo idem ius in alijs similibus obseruandum est, glo. in l. 2. in uerb. filio precedente post princ. ibi sed hoc frequentius contingit, & ibi Ias. not. col. 4. ff. de uulg. et pupill. glo. in l. is q. §. quod dicitur. in uerb. per partes ff. de iure dot. & in l. non impossibi le. ff. de pact. cum similib. cumulat. p Tiraquell. in tract. de retrac. §. 20. glo. unic. fo. 567. nu. 4. Hanc limitatio nem tenet glo. in d. l. à iudice. per tex. in l. 1. §. fi. ff. qs & à quo. secundum communem intellectum, idem tenet glo. in. d. c. super quæstionum. §. si uero. de offic. deleg. & Bart. Bal. & Salic. & Ias. et communiter Doct. in d. l. à iudice Bart. et Alex. in d. l. more, nu. 8. et. nu. 25. & nu. 28. & ibi cōiter Doct. ff. de iur. om. iudi. & glo. in c. cum causam. in uerb. delegatus. in fin. de appell. & Bart. in d. l. 1. ff. quis & à quo Fel. in d. c. super quæstio num. §. si uero. col. pen. nu. 17. ff. de offi. dele. exemplifi cat in uicario foraneo epī, hoc est dato in una p̄te dioce

141 quia hoc nō pertinet ad materiā iurisdictionis. Decimoquarto limita ut non procedat regula in his, quæ sunt reseruata principi in signū supmæ potestatis, quæ numerat bal. in l. 1. C. de iure aureo. anul. et in l. rescripta, ubi Ias. C. de preci. impe. of. hæc enim si fuerint à principe delegata, non poterunt subdelegari, quia ex grauitate negocij psumitur electa industria persone, ut per Ias. in d. l. à iudice, qui dicit q̧ ita singulariter tenent Ant. & Imol. in c. q̧ sedes, de offi. ord. & sequitur Alex. in hac l. 1. in ult. col. & in d. l. more, super quo ego nō insisto, quia mi bi magis uidetur, q̧ hoc casu detur priuilegiū, quod sine dubio personale est, l. & quia. ff. sol. mat. q̄ q̧ delegetur iurisdictio, de qua sermo est. Decimoquinto limitatur
142 hæc regula, ut procedat quādo delegatio fit per principē simpliciter, & sic per rescriptum, secus est inquit Ias. in d. l. à iudice, quando per constitutionem cōmittit alicui iurisdictionem, in una causa, tunc enim dat iurisdictionē ordina-

ordinariam, & specialem glos. est multum solẽnis. C. ne lic. poten. in glo. fi. in uerb. specialiter fecerint, in prin. ubi Pau. de ca. & Ias. & non potest talis iudex à princi pe datus dare alium iudicem, per regulam, de qua in l. 1.
143 in prin. Vera est hæc limitatio, si loquimur de mandanda iurisdictione, nam is cui specialiter tributa est iurisdi ctio, eam mandare non potest, ut sepe dixi, & ita loquitur tex. noster, an autem iudicem dare possit, de hoc non loquitur tex. iste, sed recurrendum est ad tex. in d. l. à iudice, & ad l. cum pretor. §. 1. ff. de iud. cogita, & per hæc cõfunditur illa cõmunis cõclusio, qua dicitur q̃ delegatus à lege potest subdelegare, de qua uide supra eo. nũ. 19. et altera qua dicitur quod doctor potest delegare, de qua uide supra eo. numer. 74. & ex his remanet expedita hæc conclusio, ad laudem Dei.

FINIS SECVNDI LIBRI.

CAMILLI PLAVTII

PAZONIS IVRECONSVLTI

Fontanellatensis Commentariorum ad l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdict.

LIBER TERTIVS.

L. 1. Vers. Et ideo uidentur errare magistratus.

Error iste de quo lex loquitur in quo uersetur, nume. 1. & nume. 17.

Iurisdictione data an transeat omnis iurisdictio, & imperium, nume. 3. cum mult. seq.

Cognitio causarum criminalium an sit imperij, nu. 2. & an transeat in generali mandato, nu. 3. q. sic. imo nõ, nu. 17. usq; ad nu. 32.

Castigatio modica, an sit meri imperij, nu. 8. & an possit delegari, num. 9.

Legatus uerberandi ius habet, nu. 11.

L. fin. C. ubi & apud quem rest. quo procedat, nu. 13.

Reseruata principi non delegantur, nu. 16.

Confiscatio bonorum non delegatur, nu. 16.

Mãdatũ pcuratoris, et iurisdictionis eqparãtur, nu. 17.

L. si priuatus. ff. qui & à quib. quo procedat, nu. 35.

L. magistratibus. ff. de iur. om. iud. quo procedat, nu. 36.

Supplicium quomodo accipiatur, nu. 36.

Castigatio proprie in quibus consistat, & an cõpetat municipalibus magistratibus, & cõtra quos, nu. 36. 37.

Seruos

Seruos damnare non licet magistratibus, licet obiurgare possint, & in uincula conijcere, nu. 38. & an liberos castigandi ius habeant. nu. 40.

Magistratus municipales imperiũ non habẽt. nu. 38. 40.

Auth. ad hæc. C. de iudic. quõ procedat. nu. 42.

Authen. ut defuncti, seu func. § illud quomodo procedat. numer. 42.

Consiliarij nõ possunt hodie causas audire per se, nu. 42. & 43. & an differant à pedaneis, nu. 46.

Falsitas pro iniquitate exponitur à glo. et male. nu. 45.



1 Vero in quo uersetur iste error, potest dici q; uersatur in uerb. suam, nam hæc exercitatio, quæ sibi data est specialiter à lege iulia super crimine adulterij, non pertinet ad iurisdictionem illius magistratus, & sic non est de sua iurisdictione, nec ad ipsum hoc competit iure magistratus sui, sed specialiter ex beneficio legis iuliæ, & sic extra uim magistratus, errat ergo magistratus iste, qui uolens mãdare hmõi cognitionem et exercitationem. s. in casu habili, puta qñ proficiscitur, mandat iurisdictionem suam, nam sic dicendo, errat dum putat, q; p tale mãdatũ transferatur hmõi exercitatio, quæ nõ comprehẽditur in iurisdictione sui magistratus, & per hoc soluitur illa q̃stio, an in generali mãdato transeant, ea quæ specialiter tributa sunt à lege, de qua infra tractabitur.
2 Quid si omittatur, uerbum suum, & simpliciter mandet iurisdictionem. uidetur q; tunc hæc transeãt, nam mandata iurisdictione to-

tam officiũ iurisdicẽdi transit l.1.§.damus.ff.de suspec. tut. Contrarium est uerius, ut expresse ait tex. in hac l.1.ibi, mandata iurisdictione nõ transferuntur, quod puto, uerum etiam in casu profectionis, tex.enim simpliciter & indistincte loquitur ergo etc.l.de precio.ff.de publiс.cum similibus. Aliqui putant q̃ ideo non continetur, q̃a cognitio cãrum criminaliũ ẽ meri imperij scd̃m communem opinionem, non autem iurisdictionis, & ideo recte dicitur, q̃ errat magistratus mandãdo iurisdictionẽ suã, dum uult mandare imperiũ. Tu dic q̃ cognitio nõ est meri imperij, sed iurisdictionis, nã imperiũ ip̃m nõ in cognitione, sed in animaduersione cõsistit, ut hac.l.1.§. qui mandatam, et l.imperium.ff.de iur.om.iud.& in l. solent.in prin.ff.de offi.proconf. tamen ẽt cognitio ipsa non transit in generali mandato, ut hic ait tex.quod nõ
3 transit sine scrupulo, nam multi tenent contrariũ. Hic articulus est ualde utilis in practica, an scilicet data iurisdictione transeat omnis iurisdictio.duplex autem est tractatus, & duplex quæstio, altera est an omnis iurisdictio sine imperio transeat, altera est an ẽt imperiũ ipsum merum transferatur, quæ tñ à doctoribus cõfundũtur, & ideo licet quæstio meri imperij melius caderet infra lib.4.in.§.fi.ubi materia meri imperij tractatur, tñ quia utraq; quæstio mixtim à doctoribus discutitur; idẽ ego faciam.opinionem illam q̃ omnis iurisdictio transeat & omne imperiũ in generali mandato tenet glo. in hac l.1.in uers.non aliter, et Alciat.qui multa allegat. in c. quod sedem, de offic.ord. amplius tenent Doct. q̃ etiam animaduersio ipsa transibit.hãc opi.tenet Guid. de suz. in l.solet.ff.de iur. om.iud. dum ait q̃ mandata iurisdictione

ctione uniuersali, quam habet quis in castro, transibit me rum imperiũ per. l. quædam ff. de acqui. rer. domi. idem tenet Rai. hic in addit. idem tenet Ang. in d. l. cognitio, & Io. de Imol. in l. à diuo Pio ff. de re iudic. & Abb. in c. si quis contra clericũ, de for. compet. & Alex. in hac l. 1. nu. 75. Idem sentit Abb. dum ait q, excommunicatio transit in delegatum absq; speciali mandato, hoc est potestas excõmunicandi, c. ex literis de offic. deleg. q̃ potestas est meri imperij secundum Inno. in c. trãsmissa in fi. de elec. et spec. in tit. de iur. om. iud. in uers. scd̃m omnes & ibi Ioan. & Alex. hic nu. 73. & sic apparet q, in ta
4 libus non est opus speciali mandato. eãdem opinionem te net glo. in auth. de defenso. ciuit. §. iurisiurandi in uerb. iurisdictione, idem tenet Bart. & Doct. in l. imperium. ff. de iur. om. iud. et Bald. in c. 1. §. ad hæc. in tit. de pace constan. & ibid. Bart. in. §. 1. in uerb. criminalibus, & Doct. in hac. l. 1. & in l. 1. ff. de iur. om. iud hoc idem te net glo. in cle. 1. de for. comp. & latißime Paul. de cast. in cons. 187. incip. notandum est q, hæc imperialis cõcessio, uol. 2. & Bal. in l. beneficium. 2. col. uers. itẽ not. ff. de const. prin. ubi ait q, si princeps donet iurisdictionem castri, intelligitur donare etiam merum imperium, et sic habebit oẽs fructus iurisdictionis tam in ciuilibus q̃ in criminalibus. Not. pulchre Io. an. in addit. spec. in ti. de iur. om. iud. uers. quæ autem, nu. 15. in addition. magna incip. pastoralis ibi, habeo cõs. Dyn. ubi refert Dyn. consuluisse q, concesio facta ab Imperatore ecclesiæ de omni iurisdictione castri, includit etiam merum imperium, quod est secũdum eum species iurisdictionis, idem ait cõsuluisse oldrad. in cons. 252. ad quæstionem, sic etiam in

donatione facta Pape Siluestro, nil dictum fuit de mero imperio, tamen comprehenditur imperiũ, ut in c. fundamentum, de elect. lib. 6. Abb. in c. quod sedem, de offi. 5 ordin. Paris late in cons. 9. in princ. uol. 1. Quæ cõclusio sine dubio uidetur procedere, quãdo adiectum est uerbum omnimoda, per glo. in cle. 1. in uerb. omnimodam, de fo. comp. et ibi card. col. 20. q. 6. & ibi Io. de Imol. col. 8. & Paul. de cast. in d. cons. 187. et Rom. in l. si duo. ff. de acqui. here. Fel. in c. quod sedem, col. pen. & fin. & in c. graue, col. fin. de offic. ordin. & Riminal. in l. imperium & ibi Ias. col. 7. uers. 3. ff. de iur. om. iud. & Paris in cons. 9. nu. 6. uol. 1. Idem uidetur quãdo concessa est plena seu plenissima iurisdictio, ut tradit glo. in l. si in aliquam. §. finali. ff. de offic. procons. & ibi Fulg. & Fel. in d. c. graue circa fin. & Paris in. d. cons. 9. nume. 7. 6 uol. 1. Idem uidetur & si simpliciter facta sit mẽtio iurisdictionis, qñ sumus in casu habili, ideo scribit Alex. in hac. l. 1. col. 18. in fi. nu. 66. uers. in eadẽ, ibi generali concessione & nu. 73. & sequuntur communiter Doct. q in generali delegatione iurisdictionis transeunt, ea, quæ sunt meri imperij, quando sumus in casu, in quo merum imperiũ specialiter delegari potest, & probat Pet. Paul. Paris in d. cons. 9. num. 21. uol. primo, & Alciat. late in c. quod sedem, de offi. ordin. pro hac opinione quæ uidetur communis, adducitur tex. in c. cum uenissent de eo qui mit. in poss. causa re. seruan. ubi absq; speciali mãdato in delegatum transit potestas mittendi in possessionem ex primo decreto. quod est mixti imperij. l. iubere. ff. de iurisd. om. iudi. hic tex. loquitur de mixto imperio, quod secundum ueriorem opinionem delegari potest, ideo

non

non meretur allegari in hac quæstione, quæ de mero imperio loquitur. Itē adducitur tex. in l. cognitio. in principio, inf. eod. ubi causa remotionis suspecti tutoris, quæ secundum Doct. est mixti imperij, uenit in generali delegatione facta legato proconsulis, dic hoc ideo euenire q̄a cognitio suspecti tutoris comprehenditur in generali iurisdictione, ita innuit ille tex. & uidetur probari in l. 1. in prin. ff. de suspect. tutor. & instit. eo. in prin. descendit enim ex lege. 12. tab. ut ibi dicitur, & sic non competit speciali iure, item responde. ut dixi supra in proximo argumento. Item facit nā idem operatur genus quo ad genus, quod oparetur species quo ad spēm. l. si duo, in fi. ff. de admi. tut. l. oēs. C. de p̄scrip. 30. an. uerum est argumentū, sed negatur q̄ in generali iurisdictione cōprehendantur ea q̄ specialiter tribuūtur, ut hic innuit text. uel melius dic q̄ multa sunt q̄ speciale mandatū exigūt, nec sufficit gn̄alis loquutio, ut infra ostēditur, nu. 17. et. 18.

7 Itē facit tex. in. §. prohibemus in auth. de collator. qui secundū Alex. multū urget. tu dic q̄ loquitur qn̄ constituitur locūtenens, seu uicegerēs, qui in totū representat personā eius, cuius uices gerit, tā in generali iurisdictione, q̄ in speciali. l. 2. C. de offic. eius q uic. alte. ger. secus est in eo cui mādatur iurisdictio, nā tunc non ueniūt nisi ea q̄ cōpetāt iure magistratus, et in iurisdictione gn̄ali, q̄ uero spāli iure sibi cōpetunt, extra iurisdictionē sunt, et hoc innuit tex. hic ī uers. et ideo uidētur errare magistratus, q determinat hūc casū; nā dū uellet magistratus mādare cognitionē legis Iulie de adulterijs, iurisdictionē suā mādabāt, et dicit tex. illos errare, q̄a talia nō sūt

8 ī sua iurisd. ctiōe. Itē facit nā modica corpis castigatio

quando loco pene delicti infertur est meri imperij, quia expeditur officio iudic. nobili ad publicam utilitatem, & sic est animaduersio in facinorosos homines, & cõsequẽter meri imperij, ut per Bart. & doct. in l. imperium. ff. de iur. om. iud. tamen, quia cõpetit quibuslibet magistratibus, etiam inferioribus, ut l. magistratibus, eo. tit. & in §. audient. in auth. de defenso. ciuit. potest delegari, per regulam huius legis, in uer. quæ uero, secundum Bar. in l. ne quicquam. §. ubi decretum. ff. de offic. procons. et in l. imperium. ff. de iurrisdi. om. iud. et ibi Alex. sicut causæ iurisdictionis simplicis ueniunt in generali delegatione iuxta. l. solet. eo. ti. quia competũt iure magistratus, & ita uidetur esse mens huius. l. in uerb. quæ uero iuncto princ. ibi mandata iurisdictione, bene facit tex. in hac l. §. qui mandata, in fi. & l. fin. in fi. inf. hoc tit. nõ uiolando tex. secũdum Alex.
9 In hoc fundamento p̃supponuntur multa quæ sunt falsa, p̃supponitur enim q̃ modica castigatio possit delegari, ego presuppono contrariũ, per tex. expressum in l. nemo potest ĩ uerb. cuiuslibet alterius cohertionis. ff. de reg. iur. presupponitur etiam q̃ oĩa quæ competunt magistratibus municipalibus possunt delegari ego presuppono contrarium, q̃ immo aliqua cõpetunt his magistratibus quæ non delegantur, ut est datio tutoris. l. ius dandi. ff. de tuto. et curat. dat. ab his, ut dixi lib. 1. in p̃fatio. nu. 31. ea enim quæ specialiter data sunt his magistratibus, non mandantur per hunc tex. qui generaliter loquitur, & licet de magnis magistratibus loquatur, tamen multo magis habet locum in minoribus, maxime retenta illa opinione, quod hi magistratus non possunt, nec hæc, nec alia delegare, ut quibusdam

10 dam uisum est. Item non bene infertur causæ simplicis iurisdictionis transeunt cum iurisdictione generali, ergo idem est in alijs causis quãdo possunt delegari, quia ratio quare trãseãt, nõ eã est, quia possunt delegari, sed quia in iurisdictione comprehẽduntur, alioqui si non cõphende rentur nõ trãsirent, licet essent delegabilia, potest etiam dici, q̃ magistratibus his nõ competat hæc cohertio, quatenus ẽ imperij, ut dicã infra, nu. 36. et quatenus compe tat, dico q̃ mandari nõ potest, nisi qñ constituitur locum tenẽs, ut dicam infra lib. 4. qñ loquar de mero imperio.

11 Item adducitur tex. in l. si quid erit supra, de offi. pcons. ubi uerberare nõ acriter uidetur trãsire in legatum pro consulis, reliqua uero ab inde supra debet remittere legatus ad procõsulem, et sic innuit q̃, absq; alia spãli delegatione, possit aliqualiter castigare, & ita per illum tex. te net Ful. in d. l. magistratibus. Ille tex. potest intelligi de mixto imperio quod iurisdictioni cohæret, hoc enim trã sit cum iurisdictione, ut hac l. 1. in fi. & l. fi. hoc tit. Item potest dici q̃ talis cohertio modica, seu castigatio nõ est de his quæ specialiter tribuuntur, ut patet in d. l. si quid erit, & in d. l. magistratibus, igitur nõ est mirũ si transit cum iurisdictione mandata, denique potest dici q̃ hoc sibi commissum est specialiter, & sic non ex mandato iurisdictionis, sed ex lege speciali competit, l. 1. C. de offic.

12 procons. & leg. l. solent. ff. eod. Item adducitur text. in l. 1. §. à præfectis. ff. de leg. 3. in uer. uice præfecti, dic quod ibi loquitur de uice gerente constituto à princi pe, de quo nemo dubitat quin habeat imperium, ut ĩ auth. de collato. §. ad hæc. Item adducitur tex. in l. 1. C. de offic. procons. iuncta l. legati. ff. eo. tit. responde ut supra,

lex enim id specialiter indulsit alioqui non erat opus con cessione impiali, si ex iurisdictione procõsulis sibi cõpe-
13 tebat.l.1.ff.ad munici.l.1.C.de thesau.lib.10. Itẽ adducitur tex.no.in l.fi.C.ubi & apud quem in integ.restit.nõ est neces.ad fi.qui tex.sc̃dm Alexã.hic est melior de iure, ubi in generali delegatione uenit causa restit. in integ.quæ sine dubio est mixti imperij, & ppter eius fauorem permittitur delegari, ergo eadem ratione uidetur idem dicẽdũ de cognitione meri imperij, cum pariter ꝓhi
14 bite sint delegari regulariter sc̃dm doct. Respõdetur ad hoc, negando ꝙ causa restitutionis in integrum esset indelegabilis, imo erat delegabilis, ut ibi ꝑsupponit text. sed dubium erat an speciale mandatũ exigeretur, prout etiam requiritur speciale ad petendam restitutionẽ, tamẽ quia iure magistratus cõpetit ex generali iurisdictione, declaratum est quod comprehendatur in mandato generalis iurisditionis non ullo fauore, sed mero iure, alioqui si super fauore fundata esset illa permissio, fatui fuissent illi ueteres iurisconsulti qui disputando conabantur defendere, quòd de iure hæc restitutio transibat cum generali iurisdictione ante sanctionem Iustiniani, cum non super fauoribus, sed super regulis iuris interpretationes prudentum debeant inniti.l.nam ut ait Pedius.& l.sequen.ff.de legib. & dato ꝙ subsit aliqua specialitas ibi, illa non est in eo an delegari possit, nam hoc pro comperto habetur, sed an transeat in generali mandato, ut etiã
15 tradit Alciat.in c.quod sedem.de offic.ordina. Item adducitur pro hac opinione tex.in l.2.in princip. iuncta gloss. prima & secũda, infra eod.ubi mandata specialiter uel generaliter iurisditione transit illa causa mixti

imperij, quæ non poterat delegari, & sic innuit quòd non refert an generaliter uel specialiter delegatur, sed an poßit delegari, dic quòd utrunq; spectatur. primo an poßit delegari. secundo quo iure poßit delegari, uidelicet an iure speciali, an ex generali mandato. non enim omnia quæ delegari possunt, transeunt cum generali mãdato. hoc innuit text. in dicta l. fi. C. ubi & apud quem. ueteres enim conueniebant quòd causa restitutionis in integrum erat delegabilis, & quòd ex speciali mandato transiret nemo dubitabat, sed dubitabat an ex generali mandato transiret, presupponit ergo tex. quòd sunt aliqua delegabilia quæ tamen posibile est non transferri ex generali mandato. alioqui illi ueteres iurisconsulti fatui fuissent qui admittebant restitutionem specialiter delegari posse, sed in generali mandato non comprehendi putabant. ut presupponit text. in d. l. fina. & sic ille text. retorquetur in contrarium, ratio dubitãti pro his qui putabãt nõ comprehẽdi ea erat, quia idem est in mandato procuratorio. non enim continetur nisi specialiter mãdetur. Ratio cõtrarie partis erat, quia restitutio comprehẽditur in generali iurisdictione, ergo trãsit ea mãdata, & sic statuit Iustinianus dirimẽdo cõtrouersias ue-
e 6 *terum Iuriscõsultorum in d. l. fina.* Limitat Alexã. *hãc opi. quam ipse tenet ut nõ procedat in reseruatis prĩcipi. p tex. in c. qđ trãslationẽ. et no.* Ant. de bu. *in c. qđ sedes. ff. de offi. ord.* Alex. *hic. nu. 74.* Scdo limitat *nõ pcedere ĩ uicario, in quo spãle est, q. nõ poßit mãdare talia ex gñali mãdato. c. 2. de offi. uic. lib. 6.* Alex. *hic nu. 74.* Tertio limitat *ut nõ procedat in cõfiscatione bonorũ, talis. n. ptãs nõ trãsit nisi spãliter mãdetur. l. 1. C. ne*

ſine iuſſ.prin.lice.cert.iud.cõfiſc.ita not.Bar.in l.fi.ff. de offic. præfe.uigi. Alex. hic, nume.75. Contrariam
17 opin.multi tenuerunt, & mihi uidetur uerior. pro qua facit q, mandatum procuratoris, & mandatũ delegatorium iuriſdictionis equiperantur.l. & quia infra tit. 2.c.cum olim Abbas ibi no.imo.de offic.deleg. ubi inno. arguit de uno mandato ad aliud,et ita dicit etiam Inno. in c.in noſtra,de procur. ſed in mandato generali dato procuratori ad cauſas,non uenit q, poſsit tractare cauſas criminales, & ſic meri imperij,ut in cle. non poteſt, de procur.l.non ſolum.§.fi.ff.de procur.l.3.§.ſi procurator, & ibi ad hoc illũ.tex.ponderat Bald.in lect. antiqua.ff.quod quiſq; iur.no.ſpec.in tit.de pcu.§.1. uerſ. ſed nunquid media & uerſ. ſed nunquid ſufficit habere mandatum, & no.Bald.in l.reos.C. de accu in.12.col. et Io.de imo.ĩ l.pen.§.ad crimẽ,ff.de pub.iud.in.6.car. ergo dato q, aliquo caſu cauſæ meri imperij mãdari poſſint, non tranſibunt in generali mãdato,opinio eſt uera, & probatur in hac,l.1.in uerſ. & ideo uidentur,ubi eſt tex.clarus, quòd talia non comprehenduntur in iuriſdictione,alioqui non errarent, qui uolendo mandare talia,mandant iuriſdictionem ſuam,cũ ergo non contineantur hæc in ſua iuriſdictione, & ſic iure magiſtratus ea non habeant, ſed iure ſpeciali, quis dubitat q, mandata ſua iuriſdictione quiſquam transferat iſta; profecto nemo, & ſi quis alias ſentit,errat,prout hic manifeſte dicit tex.dum dicit errare eos qui dum uolunt talia mandare,mandant iuriſdictionem ſuam,alioqui non bene diceret lex,q, errant mandando ea quæ mandari non poſſunt,quia in hoc non eſt error, quando ideo non tranſit,

quia

quia non potest delegari, sed impossibilitas subest, tunc autem error subest, quando euenit casus delegandi, & sic quando possunt delegare, & uolunt id facere, sed errant in delegatione mandando iurisdictionem suam, hoc enim casu subest uoluntas, subest potestas delegandi, sed nesciunt delegare, & sic errant delegando iurisdictionem, ex quo haec non continentur in iurisdictione sua, idest iure magistratus non competunt, sed speciali iure.

18 Secundo dicitur quod quando aliquid specialiter in signũ prerogatiue & priuilegij est alicui reseruatum, illud nõ uenit in generali mandato, c. quod translationem. de offic. lega. sed ea quae specialiter data sunt, uidentur data in priuilegium, si uera est communis opinio Docto. ergo haec non ueniunt in generali mandato. Tertio facit regula de qua in l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. cum enim haec specialiter dentur à lege magistratui, specialiter etiam ab ipso transferenda sunt, arg. l. nihil tam

19 naturale. ff. de reg. iur. Quarto uidetur casus in c. 2. de offic. ui. in. 6. ubi si episcopus constituit uicarium, non ueniet in generali mandato, quod possit inquirere & puni re excessus, nisi id specialiter committatur. Quinto uidetur probari in d. l. solent, in principio tenendo quod ille

20 tex. habeat locum in speciali mandato. Sexto secundũ Soc. facit glo. in l. 2. supra de offic. procons. quae uoluit quòd facultas interponendi auctoritatem manumissioni non transeat in legatum proconsulis ex generali mandato, sed requiratur speciale, hanc opin. sentit Guil. de cun. hic, idem tenet Sali. in d. l. placet, ubi dicit quod causae imperij non transeunt in generali mandato, quamuis spe

21 cialiter possent in aliquo casu delegari. Idẽ tenẽt Ant.

de but. & Io. de Imol. in c. si quis cōtra clericum, de foro comp. & in c. auditor de rescript. & Ioan. de Imol. in c. ex literis, de of. deleg. qui aiunt q mandata iurisdictione in genere, non transeunt ea, quæ sunt imperij, in d. c. qđ translationem, & per d. c. 2. de offic. uic. in 6. & per no. per spec. in titu. de execut. senten. §. nunc dicendum. in princ. & alleg. d. c. 2.

22 *Aduerte tamen quia exempla ab his proposita non sunt bona, quia loquuntur de mixto imperio, in quo teneo ego q transeat cum iurisdictione, ut hac l. 1. in fi. tamen auctores allegati, cū teneāt hoc in mixto imperio, multo magis idem tenent in mero, ut etiam sentit spec. in titu. de iurisdict. om. iud. uer. quæ autem meri, & Ioā. And. in addit. spec. in tit. de sindico. in rub. in fi. facit id quod tradit Bart. in l. 1. §. cum urbem. ff. de offic. prefect. urb. ubi ait quod mandatum generale factum uicario non comprehendit, ut de crimine cognoscere possit, quod etiam tenet Card. in clement. 2. q. 3. de procur. per not. in cap. 2. de offic. uicar. & ita se habet magis communis opinio, quæ uera est, pro quā est text. in l. solent. ff. de offic. proconsul. ubi cognitio custodiarum potest mandari legato, tamen mandatur interdum, & sic specialiter, & per mandatum extraordinarium, ut ibi ait tex. ex quo apparet quod nō trāsit ī mandato generale.*

23 *Pro eadem opinione uidetur etiam casus in terminis, in l. solet, in uerb. uniuersam, & in l. pretor. in uerb. omnem. ff. de iurisdict. omnium iudic. iuncta hac l. prima in princip. nam ibi mandatur à pretore uniuersa iurisdictio, & omnis iurisdictio, d. l. solet, & d. l. pretor, tamē non transfertur iurisdictio specialiter tributa, ut hac l. 1. ī pric. nec imperium, ut inf. §. fi. & in*

l. nemo

l.nemo poteſt.ff.de reg. iur. & in l.ſolent in princ. ff.
24 *de offic.proconſ. Videtur etiã tex.in l.1.§. damus.ff.de ſuſpect.tut.ubi mandata iuriſdictione tranſit totum officium iuriſdicendi, tamen non tranſit merum imperium d.l.nemo, & ſic ſiue totam dixerit, ſiue omnem iuriſdictionem, ſiue uniuerſam, non tranſibit imperium merum, et nemo dicet quòd plus ſit dare omnino iam quàm uniuerſam iuriſdictionem, uidetur etiam tex. in c.2. de*
25 *pen. & remiſſ. lib.6. facit etiam pro hac opinione id quod tradit* Bald. *in c.quanto, col.fin. de iudic. ubi ait quòd ſi epiſcopus committat omnem iuriſdictionem, non uenit merum imperium, quia illud uerbum omnem, intelligitur de pluribus differentibus ſpecie, ſeu numero, & iſta ſuprema requirunt ſupremum uel ſpeciale mandatum , idem dicit ſi princeps daret iuriſdictionem*
26 *omnem talis caſtri , quia licet illud caſtrum habeat ex priuilegio merum imperium, tamẽ non tranſit in hac conceßione, id, quod eſt ſpecialißimum & abſtractum & ſeparatum à natura generis, ad idem facit quod tradit* Bald. *in l.2.col.4.C. de pedan. iudic. ubi ait quòd ſi princeps concedat omnia quæ ſunt mixti imperij, & iu-*
27 *riſdictionis in tali caſtro, non indulgentur niſi cauſæ ciuiles, facit id quod tradit* Bart. *in l.2.ff. de iuriſd. om.iudic. ubi ait ꝙ mandata iuriſdictione ueniunt quidẽ ea ſine quibus iuriſdictio explicari non poteſt, ẽt ſi ſint maiora expreßis, dummodo ſint de eadem iuriſdictionis ſpecie, ſecus ſi eſſent alterius ſpeciei, quia illa non uidentur mãdata, ideo dicit* Fel. *in d.c.qđ ſedem, col.fi. de of. ord.ꝙ nõ repit hac cõtrarietates ab aliquo cõcordatas,*
28 *poſtea ipſe diſtinguit, ut prima opinio ꝓcedat in materia*

fauorabili, puta in donatione seu beneficio principis., qđ latißime delet interptari. ut l. beneficiũ. ff. de cõst. prin. et Parif. in consi. 9. uol. 1.
29 Secus est si sumus in mã re stringibili, proũt est delegatio, quæ odiosa est et restringibilis, p ea quæ tradit Alex. in l. more. nu. 5. ff. de iurisdi. om. iud. ita loqtur text. in d. l. solet. et in d. l. ptor. ff. eo. tit. & in d. l. 1. §. damus. ff. de suspec. tu. & in hac l. §. qui mãdatã. uersi. quare nemo, quicqd dicat glo. in d. cle. 1. in uerb. omnimodã. de foro cõpe. quã sequitur abb. & Fely. in d. c. qđ sedem. & Roma. in d. l. si duo. ff. de acqui. her. qui putãt q qñ est adiectũ uerb. omnis uel omnimoda, q tunc transit etiã imperium merũ, qđ mihi non placet, per tex. in d. l. solet. ff. de iur. om. iu. in uerb. uniuersam, & d. l. ptor. in uerb. oẽm. forte de iure canonico
30 cõtrariũ obseruabitur in terris suis. per tex. in d. cle. 1. & ibi glo. nisi dicas q ille tex. loqtur de ciuilibus causis, nõ aũt de mero imperio, cum ius dicat in absentes in quos nõ fertur snĩa capitalis. l. absentem. & ibi Bar. ff. de pen. uel dic q tex. ĩ d. cle. 1. loquitur de beneficio principis qđ est late interptandum. d. l. fi. ff. de consti. princi.
31 Vel dic q ibi loquitur lex seu cõstitutio, & tunc ẽt in materia iurisdictionali uidetur q iurisdictionis appellatio adiuncto uerb. omnimoda uel plenißima, uel aliquo alio simili, cõtinebit etiã ea quæ specialiter tribui solent, & imperiũ, ita pcedit tex. in d. cle. 1. cum glo. in uerb. omnimodã. de foro cõpe. ita etiã potest intelligi tex. in l. si in aliquam. in fi. ff. de offi. proconf. casu quo admittendum sit q ibi agatur etiã de mero imperio, tamẽ ego alś defendi q illi tex. loquitur tantũ de iurisdictione & de mixto imperio, ut demonstrant exẽpla subiecta, nec credas

das q in d.cle.1.aliquid delegetur, sed tollitur obstaculum per quod impediebatur ius dicere in aliena diocesi,
82 quo sublato omnia potest, quæ poterat in sua. Secus ergo erit in magistratibus, et alijs inferioribus à principe, hi enim delegãdo oẽm, seu totam, seu uniuersam iurisdictionẽ nõ transferrent iurisdictionẽ specialiter tributã, nec imperium. per tex. in d.l. solet, & d.l. prætor, iuncta l. nemo põt. ff. de reg. iu. et hac l.1. §. q mandatã. Idẽ forte erit in rescriptis prĩcipũ, quibus delegatur iurisdictio, q̃ a m̃a est stricti iuris, et restringibilis. ut dcm̃ est.
83 Ex prædictis fac conclusionem q iurisdictione generaliter data non transit iurisdictio specialiter tributa lege uel senatusconsulto &c. ut dixi supra, nu.27. & ita se habet magis cõis opin. Amplia procedere ẽt si sit leuis momenti, ut dixi supra lib.2. in uerb. specialiter, nu.16. & in declarat. lib. primo, nu.16. Amplia procedere ẽt dato casu habili, & sic in casu profectionis, p hunc tex. in uers. & iõ uidentur errare. Amplia procedere ẽt si dixerit oẽm. l. solet. ff. de iur. om. iud. & dixi supra. nume.25. Amplia procedere etiã si dixerit uniuersam. l. prætor, eod. titulo. iuncta hac. l. 1. quicquid dicãt Doct. Amplia procedere ẽt si dixerit plenissimam, uel omnimodam, ut dixi supra numero.23. facit tex. in l. si in aliquam, in fine. ff. de offic. procons. iuncta hac l. 1. in principio. multo minus uenit imperium merum, ut dixi supra numero.25. & .26. maxime per ea quæ dixi lib. primo. in præfation. nume.9. Limita procedere in materia delegationis, & in quacunq; materia stricti iuris. l. solet l. prætor. ff. de iurisd. om. iud. ut dixi supra, numero.29.

Limita non procedere quando constituitur locumtenens, l.2.C.de offic.eius qui uic.alt.ger. Limita non procedere in principe, quando adijcit uerb.plenissimam, uel omnimodã, uel quid simile, idẽ est in lege, & cõstitutione. p glo.in cle.1.in uerb.omnimodã, de fo.compe.l.1. ff.de offic.prefe.urb.ut dixi supra, nu.31.secus si simpliciter iurisdictionem dixerit, ut supra, num.25.& 26. Limita non procedere in beneficio principis, ut per Fel. in c.quod sedem, col.fin de offic.ordin.quod ego non admitto, nisi adiecerit uerb.omnimodam, uel uniuersam, uel quid simile, per ea quae supra dixi, num.25.& 26. Limita non procedere, in his q̃ ex iure pretorio descendunt, nam qualiacunq; sint, transeunt ex generali mandato, l.1.§.damus.ff.de suspect.tut. Limita non procedere de iure canonico, ut dixi supra nu.30.quae omnia
34 nota, quia non ita declarant doct. Saepe facta est mentio de magistratibus municipalibus, semperq; inculcatũ est hos magistratus non habere imperium, de qua re precipue loquuti sumus lib.1.in praefationib.nu.36.quae cõclusio uidetur probari per tex.in l.ea quae.ff.ad munici. Tamen non uidetur transire sine scrupulo, per text.in l.magistratibus.ff.de iurisd.om.iud.ubi communiter concludunt docto.quod modica castigatio corporis afflictiua competit, hisce magistratibus, saltem in seruos. Immo etiam in liberos homines secundũ gloss. & Alex.hic. Pro qua opinione, uidetur etiam tex. in.§.audient, in auth.de defenso.ciuit.& in l.si priuatus.ff.qui & à q̃bus.de quibus uide per Dec. in d.l.magistratibus, col.2. num.5.& 6.mihi tamen adhuc placet opinio prima, per

tex.

text.in d.l.ea quæ,qui tex.est adeo clarus, ut cauillari non poßit. Non obstat tex.in d.§.audient.quia loquitur de defensoribus,qui longe discrepāt à municipalibus magistratibus, ut tradit Dec.in d.l.magistratibus, & ego

35 dixi supra in præfationibus,nu.32. Non obstat text. in d.l.si priuatus,quia si quærimus de seruis,respōdetur q̃ uerbum castigaretur non cōprehendit merū imperiū, prout dicam,infra cum respondebitur ad tex.in d.l.magistratibus, si de liberis hominibus quærimus dicendum est,q̃ nil probat ille tex. immo expresse probat q̃ liberi homines non poterant castigari à magistratibus, alioqui frustra finxisset dominus seruum esse liberū,ut euitaret castigationem magistratuum,si illa simulatio nihil erat p

36 futura. Non obstat tex.in d.l.magistratibus,in uerb. supplicium, & in uerb.castigatio, licet ibi utrūq; uerbū pro corporali pena accipiatur sc̄dm cōem opīonem quæ est meri imperij saltē in aliquo ex infimis gradibus sc̄d'm Bart. & cōiter doct.in l.imperium.ff.de iurisd.om.iud. Ego dico q̃ supplicij appellatio in lege illa gñaliter p pena quacūq; accipi debet, & sic est sensus,q̃ magistratus municippales nō possunt aliqua pena afficere seruum,nā supplicij appellatio oēm penam cōtinet.Hinc ait Cicero ī orat.ī L.Piso.suppliciū ē pena peccati,et ita tenet Cale. in suo uocab.in uerb.suppliciū.Ideo recte Fulg.et quidā alij,putāt uerbū hoc nō semp signāre ultimū suppliciū,nisi qñ adijcitur uerb.ultimū,aut qd simile,sic pcedit tex. in l.ultimū et in l.capitaliū,in prin.et in l.qui ultimo.ff. de pen. & q̃ pro omni pena accipiatur est tex.in l.milites.ff.de custod.reo.et ibi glo.in uerb. supplicio.et in l.a

procõſulis, in fi. C. de appellat. ibi digno ſupplicio. & in l. fi. C. de exact. & execut. lib. 12. ibi perpetui exilij ſupplicium, & in l. qui cum maior. §. is demum. ff. de bon. liberto. ibi ſupplicium, aut exilium, et ita etiã ſentit Luc. de penn. in l. ſi quando la ſecunda. C. de bon. uacant. lib. 10. credo tamẽ q̃ in d. l. magiſtratibus accipi debeat pro pena corporali tamẽ qualicunq; propter cõditionem ſeruorum, qui pecunia mulctari non ſolent, l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſation. & ſic omnis animaduerſio
37 in ſeruum magiſtratibus interdicitur. Caſtigatio tamen modica permiſſa eſt, ut ait tex. in d. l. magiſtratibus, Scire autem oportet quod caſtigatio proprie in uerbis conſiſtit, & ideo caſtigare, nihil aliud eſt quàm corripere, iuxta illud Virgilianum.

Hic grauis Entellum dictis caſtigat Aceſtes,

Sic etiam Marius Nizol. in annotatio. in Cicero. ait hoc uerbum ſignificare, id q̃d eſt obiurgare, qua ſignificatione uſus eſt Cice. in lib. de orato. ubi ait, q̃m de impudẽtia dixi caſtigemus etiam ſegnitiẽ hominum, & in lib. offic. ait, qui punit aliquem aut uerbis caſtigat. & in Tuſcul. uides ne inquit ut obmutuit nõ ſedatus corporis, ſed caſtigatus animi dolor? ex his ſatis cõſtat q̃ caſtigatio in uerbis conſiſtit. Trahitur tñ etiã interdum ad uerbera & ad carcerem. Hinc ait Cic. in Tuſcul. pueros matres & magiſtri caſtigare ſolent nec uerbis ſolum, ſed etiam uerberibus, & alibi in Tuſcul. ait qui nõ uerbis ſunt & diſputatione philoſophorũ, ſed uinculis & carcere caſtigandi. Puto etiã aduertendũ q̃ caſtigatio nõ eſt ſupplicium, quia matres & magiſtri qui caſtigant, ut ſupra uiſum eſt

sum est non puniũt, nec supplicium de pueris sumũt, sed emendãt, & castigant. i. castum agunt, & honestum ac emendatum efficiunt, uerbis & minis, & leuibus uerbe
58 *ribus, nõ in formam iudicij aut supplicij.* Iccirco ten*tari potest* ꝙ *his magistratibus non licet cõdemnare ser uos, & sic nõ licet supplicium. i. penam sumere, quia nõ habẽt ius puniendi, & animaduertendi, ut patet ex d. l. ea quæ. ff. ad municip. iuncta hac. l. 1. §. qui mãdatam, in uerb. animaduersionẽ, possunt tñ modice castigare, pro ut possunt magistri, & matres. i. uerbis obiurgare, & minis terrores incutere, & forte etiam uinculis & uer beribus leuiter cohercere, nõ puniendo, idest nõ per mo dum sentẽtiæ diffinitiue, sed per modum castigationis et emẽdationis, ut castigati. idest casti & honesti & melio res fiãt, & sic nõ puniũt seruos, quia non habent impe rium nec ius animaduertendi. d. l. ea quæ, sed habent ius castigãdi, idest emẽdandi seruos modice & leuiter, more magistrorum, ac dominorum, & propinquorum, & hæc non est species imperij meri, quicquid dicat* Bart. *in d. l. imperium. ff. de iurisd. om. iudi. &* Doct. *communiter in d. l. magistratibus, sed est castigatio quasi dominica, & castigatio non illicita, sine tamẽ imperio, prout in paren tibus, & propinquis, & dominis obseruatur. l. unic.* C. *de emend. seruo. l. unic.* C. *de emenda. propinquo. nemo enim dixerit dominos in seruos, nec parentes in liberos habere merum imperium. i. ius & potestatem animaduer tendi ius dicẽdo & per sentẽtiam, tamẽ habẽt potestatẽ castigãdi, idest emẽdandi, aut uerbis aut uerberibus, aut carcere, leuiter tñ. idẽ poterũt magistratus municipales*
59 *in seruos, in quos sibi cõcessa ĩ modica castigatio. i. emen*

*datio quasi paterna, seu dñica. iperiũ uero et animaduer
sio & punitio non est permissa, & sic nõ poterũt ferre
sñiam dffinitiuam cõtra seruũ, ut ictibus fustiũ subijcia
tur, poterant tñ de facto, more castigatoris & emẽdato
ris illũ increpare, obiurgare, aut ĩ uincula et in carcerẽ
conijcere. l. si qs uxori. §. si fugitiuũ. ff. de fur. et ẽt for
tè uerberibus leuiter tñ et modice afficere, et ppea fasci
bus utebãtur. l. duumuirũ. C. de decurion. lib. 10. quæ tñ
castigatio iuris effectũ non sortitur, qualẽm res iudicata
parere solet. Ita ẽt intellige tex. in l. si priuatus, in uerb.
castigaretur. ff. qui & à quib. ex his apparet falsam esse
opinionem glo. in d. l. magistratibus, in glo. fi. ff. de iur.*
40 *om. iudi. quæ dicit q̃ magistratus municipales habẽt ius
et potestatem modice castigationis etiam in liberos ho-
mines, quam opinionem sequitur ibi* Alex. & Dec. &
cõiter Doct. *sed mihi uidetur falsa, quia hoc genus casti-
gationis nõ præsupponit imperiũ in istis magistratibus,
sed potestatẽ quãdam qualem habẽt dñi in seruos, nullũ
enim habẽt imperiũ hi magistratus. d. l. ea quæ. ff. ad mu
nicipal. & l. 1. in prin. ff. si qs iusdi. nõ obtempe. ex quo
textu, & melius ex. d. l. si priuatus, euidenter pbatur q̃
hi nullã habent cohercendi potestatẽ in liberos homines,
maxime q̃a nulla lex his dat imperiũ, ergo nec nos datũ
esse dicere debemus. l. illã.* C. *de collation. ubi* Ias. *late,
& §. optimũ, in auth. de non eligen. secundo nuben. &
erubescimus cũ sine lege loquimur, authen. de triente et
semiss. §. consideremus, maxime q̃a imperiũ merum est
de reseruatis principi. c. 1. titulo que sint regal. in usib.
feudo. et nemini cõpetit nisi specialiter cõcessum fuerit,
ut tradit* Alciat. *in c. q̃d sedẽ, de offi. ordi. idẽ tñ* Alciat.

in

in l. de cubili. C. de priuil. eo. q ĩ sacro pall. mil. lib. 12. addet amplius dicere q hi magistratus habebãt gladij potestatẽ, et allegat nõnullas historias. q̃ loquũtur de duũuiris Romane urbis, nos aũt loqmur de municipalibus, denique quicqd olim esset, hodie nõ habẽt hoc imperiũ p supradicta. ait ẽt q carceribus ꝑerant, p tex. in l. si qs uxori. §. si fugitiuũ. ff. de furt. tu dic q ille tex. ponit exẽplũ ad regulã de qua in d. l. magistratibus. ff. de iur. om. iud. et sic fateor q habẽt potestatẽ mittẽdi seruũ in carcerẽ, & dimittẽdi. d. §. si fugitiuũ, qa modica castigatio in seruos eis est pmissa ut dixi, et fascibus utebãtur, ut tradit Alciat. ĩ lib. 2. paradox. c. 13. et lib. 3. dispũctio. c. 5. emãcipatio uero p eos nõ celebratur. l. 1. C. de emãcip. quæ oĩa nota, qa apud aliquẽ ita plene cumulata et discussa
42 nõ inuenies. Quia aũt ĩ materia delegatiõis sepe occurrit mẽtio, de tex. ĩ auth. ad hæc. C. de iudi. q̃ sumpta ẽ ex corpe, ĩ auth. ut defunct. seu fune. §. illud ẽt col. 5. uisum ẽ hoc loco eius intellectũ ponere, ne admisso sensu cõi errare cõtingat, caue itaque ne credas q ĩ d. §. illud, agatur de his qbus mãdata est iurisdictio, put oẽs existimãt, sed agitur ibi de cõsiliarijs seu assessoribus nõ adhibẽdis ad cognitionẽ cãrum pertinẽtiũ, uel ad iudices ordinarios, uel ad delegatos, ordinarij tñ q habẽt administrationẽ et nimis sunt occupati publicis negocijs pñt admittere cõsiliarios et assessores, ita tñ q litis cõtestatio corã se fiat et in medio litis introducatur ad eos res et negotiũ, et in fine ipsi oĩa reuideant acta, et sñiam proferãt ipsi, in delegatis aũt hoc obseruatur, ut ipsi p se omnia gerant, & oĩno intellige q tex. ille non prohibet causas delegari, nec tractat de delegatione prohibenda uel admittenda,

sed de consiliarijs, tm̃ ut dixi, qui non habent iurisdictionem, ut per Bart. in l. 1. in fi. ff. de offic. asseßo. & ideo iudex ipse, nõ assessor debet ferre sentẽtiam, ut ait Bal. in c. 2. col. 2. de iudic. & Ias. in d. l. 1. col. fi. & Bellon. in d. tract. de officio eius, nu. 106. est autem præsupponendum q̃ coram istis consiliarijs, seu assessoribus, olim qua si coram preside, & administratore, & sic sub nomine p̃sidis acta omnia conficiebantur, licet ipse re uera nõ interueniret in huiusmodi processu, prout etiam nostris tẽporibus fit plerũq;, & ideo dixit Bal. in l. metum. §. sed quod. ff. quod met. cau. q̃ assessor debet proferre sñiam sub nomine pretoris, quod forte potest tolerari de consue dine, sed de iure non sustinetur per hũc tex. & ꝓpterea rectius sentit Alexã. in rub. ff. de of. assessor. ubi refert Ant. dixisse in c. cum ab uno, de offic. deleg. q̃ aliquis nõ potest ferre sñiam per assessorem, per hũc tex. & sic ex eius uerbis colligitur uerus sensus huius cõstitutionis, à quo nõ recedas spreto cõmuni, ideo recte ait tex. in d. §. illud, q̃ qui cõtrafecerit legi nõ effugiet penam illius fal sitatis, alioqui non esset falsitas si consiliarij sub nomine proprio conciperent acta, & idem tex. in uers. non per se audiant, ĩnuit q̃ ipsi presides nõ per se, sed per alium cau
43 sas solebant audire, & sic apparet q̃ causæ illæ non erãt delegatæ, quod manifestius apparet in text. ibi ipsi cum suis consiliarijs causas audiãt, apparet enim q̃ debet delegatus principis cum cõsiliarijs causam audire, ergo cõ siliarij nõ sunt subdelegati, sed assessores, alioqui posset & deberet delegatus sine subdelegati p̃sentiã causas audire, sic etiam hodie ex consuetudine multis in locis obseruatur, nam à tabellionibus acta corã assessoribus gesta,

sta, concipiūtur sub nomine pretoris, tacito nomine consiliarij, cum tamen ipse pretor abest. Caue etiam ne credas q. hæc constitutio probibeat subdelegari partem causæ à delegato quando reseruauit sibi sententiam, nam de tali probibitione delegationis nullum uerbum, nec dicit lex q. qui reseruauit sibi sententiam non poßit reliquum delegare. Immo oīno dicit q. delegatus principis, qui sine administratione est, debet per se totam causam audire, et interuenire in omnibus actis & toti processui nec distinguit, an hoc sit uerum qñ reseruauit sibi sniām, an aliter sed simpliciter & indistincte dicit q. totam causam audire debet, ergo indistincte & simpliciter est intelligēdus ille tex. l. de precio. ff. de public. cū similibus. In administratore autem hoc est in eo qui habet magistratum indulget q. per alium audiat, dummodo litis cōtestationē ipse audiat, et in medio litis processum reuideat, et ī fine omnia intueatur, ac sententiam proferat, & sic de cōsiliarijs loquitur non de delegatis ille text. ut dixi, & ad
44 *hunc intellectum quadrāt omnia uerba in illo textu posita si bene cōsiderentur, in princ. ibi, cōsiliarios iudicum causas per se audire. quæ apud administratores, aut à nobis iudices datos, agitātur, patet enim q. de cōsiliarijs loquitur, patet etiam q. ibi causæ ille agitabātur apud iudices administratores, aut apud delegatos principis, & tñ ipsi cōsiliarij soli illas audiebāt, intelligit ergo cōsiliarios id est assessores, ut in l. pen. ff. de offic. assesso. & l. 3. & l. in cōsiliarijs. & l. nō minus. C. eo. tit. alioqui si cōsiliarios pro subdelegatis accipias, nō recte diceret lex q. ille causæ, quas audiūt cōsiliarij agitantur coram iudicibus administratoribus, sed potius deberet dicere q. agitātur*

coram ipsis cõsiliarijs, item ibi, nullo mõ presumere cõsi liarios absq; administratoribus audire, uult.n.q̃ cõsilia rij nõ audiãt sine p̃sidibus, audiẽt ergo cũ ipsis, l.cum p̃tor, in princ. ff. de iud. ergo nulla interuenit delegatio, nã si interuenisset, possent audire sine delegãte, & si nõ ualeret delegatio nõ oporteret, q̃ consiliarij quorũ delegatio non ualuit, audiãt una cum p̃sidibus, quod etiã patet ex tex. ibi apud eos semel moti negotij res. nã si eẽt delegata nõ moueretur apud eos, sed apud delegatũ, ut dixi. Item ex mõ pene iniũcte cõsiliarijs pcipitur iste sensus, nã si de iurisdictione mãdata ageretur, nõ essent puniẽdi de falso, hi qbus fiũt delegationes, sed sufficeret nullitas actorũ, ut l. 1. C. qui p sua iurisdi. nec essẽt puniẽdi de falso, cũ aũt lex dicat eos de falso eẽ puniẽdos, iam apparet q̃ ĩteruenit falsitas, q̃ nõ põt interuenire nisi eo mõ quo supra dixi, quia. s. gesta corã cõsiliarijs cõcipiũtur nomine p̃sidis, et p hoc errauit glo. in d. § illud, in uerb. falsi-
45 tatis, exponẽs illud uerbũ p iniquitate, q̃ etiam simili errore lapsa est, in. §. semel, inst. quib. ex cau. manumit. nõ lic. pbatur etiam hic sensus ex. §. fi. d. tit. ut defunct. seu fune. in uers. ueniã cõcedũt, et melius in uers. nisi p oẽm ubi ait q̃ ipsi delegati debẽt cũ suis consiliarijs totã cãm audire, apparet ergo q̃ illi cõsiliarij nõ sunt delegati, sed assessores, alioqui nõ imponeretur necessitas p̃sidibus audiendi totas causas una cũ suis delegatis, maxime qñ delegatio est nulla, sed ipsi p̃sides per se audire cãs possent & deberent nõ adhibitis aliquibus delegatis inutilibus, sed cum illi sint consiliarij & assessores recte ait tex. q̃ iudices ipsi debeant una cum ipsis totam causam audire, & nisi hoc fecerint penam cõminatur, duo ergo iniungit

lex,

lex, scilicet q ipsi iudices per se audiant causas, & q audiant una cum consiliarijs, & sic cum interuentu consiliariorum & assessorum, non ergo loquitur de delegationibus, nam quando fit delegatio, si ualet, delegans se non intromittit, l. placet uers. ita tamen. & l. fin. C. de pedan. iudicib. si non ualet, delegatus cessat, et solus delegans cognoscit, l. unic. C. qui pro sua iurisdictione. Idem sensus elicitur ex rubr. in d. authen. ubi talis imponitur inscriptio, ut consiliarij non suscipiant cognitiones, absq; iudicibus, & est etiam aduertendum quod ille tex. loquitur de omnibus causis, tam paruis quam magnis, ut patet in. §. sancimus, ibi siue maiores sint siue minores. d. authen. ut defunct. siue fune. & per hæc satis superq; defensus est sensus iste, quē tradit Ant. in d. c. cum ab uno de offic. deleg. ut refert Alexan. in d. rub. de offic. asses-
46 so. & reprobatur sensus communis. Obstare tñ aliqualiter uidetur text. in d. auth. in uers. in nullo, ubi lex dicit quòd officium consiliariorum in nullo distat à pedaneis iudicibus, uidetur ergo sentire q consiliarij sunt iudices. Aduertendum est q lex utitur uerbo officium. & sic loquitur de exercitatione, & ministerio, iuxta ea q̄ tradit Alex. & Dec. in rub. huius tituli, & Fel. in rub. de offic. delegat. non autem de iurisdictione, nam clarum est quod consiliarij & assessores non habent iurisdictionem, ut per Bart. in d. l. 1. ff. de offic. assesso. officiū ergo & exercitatio ipsa ac ministerium assessoris non differt ab officio pedaneorum, sed bene differt quo ad iurisdictionem, sunt autem similes in hoc, quia pedanei humiliora disceptant l. fi. C. de pedan. iudic. sic & consiliarij humiliora audiunt, l. 1. ff. de offic. assesso.

L. 1. VERB. EXERCITATIONEM.

Exercitatio iudicij idem est quod cognitio, nume.1.
Cognitio ab animaduersione differt, numero.2. & est minus q̃ iurisdictio, numero.6.
Animaduersio est merum imperium, nume.2.
Cognitionis appellatõe diffinitio cõprehenditur, nu.3.5.
Fallit in materia indelegabili, nume.4.
Pronunciatio & executio an differant, nume.7.
Executio est maioris iurisdictionis q̃ pronũciatio, nu.9.
Mittere in possessionem & pronũciare mittendum esse differũt, numero.11.
Superflua remedia introducenda nõ sunt. nume.13.
Missio, et iussus de mittẽdo ĩ possessionẽ idẽ sũt, nu.14.

18 tur de principe delegãte. Facit etiã pro hac parte rõ, nam ea q̃ sunt meri imperij, in minimo gradu, scd̃m doct. possunt delegari, sicut punitio leuiũ criminũ, modica cohertio et similia, ut in auth.de defen.ciuit.§.audient, & not.Bar.& doct.in l.imperiũ.ff.de iur.om.iud.maxime & Bar.in l.fi.inf.hoc tit.sed cãrũ quãtũcunq; capitaliũ cognitio uidetur esse hmõi gradus minimi, ideo uidetur q; poßit delegari, omissa nunc disputatione an hmõi cognitio sit parui uel minimi gradus imperij, dic q; scd̃m uerã opinionem falsum est illa quæ sunt meri imperij delegari posse, etiam si sint gradus minimi. l.nemo potest, in uerb. cuiuslibet cohertionis.ff.de reg.iur. licet competant municipalibus magistratibus, quia non ualet consequẽtia cõpetũt minimis magistratibus, ergo delegari possunt, ut dixi in præfationib. lib.1.nu.31.& 32. præterea cognitio huiusmodi est de his q̃ specialiter tributa sunt, ideo indelegabilis, ut hac l.1.nisi aliquo casu contrarium expresse

19 caueatur speciale iure.d.l.solent. Adducitur etiam tex.in hac.l.1.in fine:ubi dicitur mandata iurisdic.transire imperium quod iurisdic. cohæret.q intelligit Alex. loqui de cognitione meri imperij tu dic quòd potius loquitur de mixto imperio, de quo nunc nõ est disputatio,
20 & sic non facit ad propositum. Adducitur etiam l. solet cum l.seq.ff.de iurisdic.om.iudic.ubi dicitur prætorem mandare omnem iurisdic. potest intelligi in casu habili secundum alias leges.l. non est nouum.ff. de legib. uel potius dic quòd ibi iurisdictio non continet imperium ut etiam alias dixi supra, in præfation.nume.9. lib.1, & supra eod.in uersic. & ideo nume.17. & numero.32. Vltimo adducitur.l.magistratibus.ff. de iu
21 risd.om.iudic.ubi magistratibus municipalibus permittũtur ea quæ sunt meri imperij,ergo delegabilia sunt,ut tradunt Doct.in hac.l.1.ad idẽ facit tex.in auth.de defen.ciui.§.audient,&.§.leuia,item in auth.de test.§.si uero ignoti,ubi defensor ciuitatis potest torquere testẽ, quod est meri imperij,item potest carcerare,ut d.§.audient,ergo &c.dic,q consequentia est falsa,ut supra dixi in alio fundamento, quomodo autem intelligatur tex. in d.l.magistratibus.uide supra eo.lib.uers.& ideo, nume.34.usq; ad nu.42. adducũtur præterea quædã alia satis leuia quæ omitto,quia sunt impertinentia, ea tñ cumulat Alex.in d. quæst. incip.rex aragonum, quæ per te uidere poteris. In contrarium est communis opin.
22 q sit speciale in legato proconsulis, ut poßit cognoscere de causis capitalibus, & pro ista sententia uidetur primo casus, in d. l. solent, in principio, ibi hoc genus mandati extra ordinarium est &c. & sequitur nemo

enim

enim ius gladij, & c. ergo non est trahendum ad cõsequen. extra casum. l. q. uero contra. ff. de leg. si uero. §. de uiro. ff. sol. mat. dic quod quando lex ait illud mandatum esse extraordinarium loquitur de potestate absoluendi, & sic de mero imperio, non autem de cognitione, quæ
23 est iurisdictionis, ut sæpe dixi. Secũdo adducitur tex. in hac l. 1. §. 1. et in uers. huius rei, ibi publici iudicij exercitationem et in uers. & si à familia in uers. cognitionem, ubi expressum est q. cognitio criminũ nõ mãdatur,
24 nisi in casu absentiæ. Tertio adducitur l. si quid erit. ff. de offic. proconf. ubi uidetur casus, quod ea quæ sunt meri imperij nec quidem geri possunt à legato proconsulis, ergo nec alius delegatus poterit; dic quod ibi non
25 loquitur de cognitione, sed de executione. Quarto adducitur tex. in l. 2. uers. quod non ita. C. de pedan. iudic. ubi secundum docto. loquitur de cognitione criminũ, et eam prohibet mandari, etiam in casu occupationum pu
26 blicarum. Quinto uidetur casus in. §. iubemus, in authen. de colla. 9. col. qui sequitur. §. ad hoc prohibemus, ubi apertißime Imperator prohibet inquisitiones latronum, aut examinationes aliquorum reorum per alium fie
27 ri, nisi per prouinciæ presidem, ergo etc. Sexto adducitur l. 1. §. suspecti, ibi & nullus alius, et in. §. abolitio.
28 ff. ad Turpill. ubi de cognitione loquitur. Septimo adducitur tex. in l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de offic. proconf. secundum communem intellectum, sed dic q. ille sensus cõis est falsus, & tex. ille nihil probat et ni
29 hil loquitur de delegatione. Octauo facit ratio, quia in his causis arduis, ubi tractatur de cognitione ultimi supplicij uidetur princeps ellegisse eorum singularem in-

dustriam & fidem exploratam pp rei magnitudinē, quā rōnem hic probant cōiter Doct. et est argumentū in l. 1. cū ibi not. ff. de offic. pfect. praeto. ergo praeses alteri mādare non poterit quod sibi specialiter iniunctū est, ut hac l. 1. in prin. facit tex. l. iter artifices, de sol. iunc. l. unic. §. ne aūt. C. de cad. tol. cum simi. uera quidē est regula, q merū imperiū nō delegatur. l. nemo potest. ff. de reg. iur. sed ratio à doctoribus excogitata non est uera, ut di
30 xi, lib. 1. in declaration. nu. 131. Nono quidam argumētantur q non ualeat argumentum, de legato procōsulis ad delegatum alterius magistratus, cum in eo multa alia reperiantur singularia, ut in l. legati, & in l. legatus. ff. de offic. procons. & in l. cum praetor. §. 1. ff. de iudic. & in l. 1. ff. de tuto. & curato. dat ab his, dic q immo regulariter equiparantur legatus & is cui mandata est iurisdictio à praeside. l. 1. §. damus. ff. de suspect. tuto. & licet habeat aliqua priuilegia, tamen non sunt multiplicanda. l. 1. C. de dot. promiss. & ibi glo. & Doct. et late eue rard. in opere cui titulus ē centū moli argum. 92. loco.
31 fo. 250. Decimo adducitur, q magistratus municipalis non potest cognoscere de criminibus, ergo non potest delegari hmōi cognitio, ualet enim consequentia haec secundum Doct. in hac. l. 1. §. quae uero, dic omnino q consequentia est falsa, multa enim nō potest magistratus municipalis. l. eā quae. ff. ad municip. quae tñ delegari possunt l. cognitio. §. ut bonorum, infr. hoc titulo, ut dixi supra,
32 lib. 1. in pfat. nu. 31. & 32. Vndecimo adducitur auct. ad haec. C. de iud. tunc. §. illud, in auth. ut defun. seu fune, unde sumitur, ubi non potest mandari cognitio, nisi pses ter audiat causam. dic q ille tex. loquitur de cōsiliarijs,

llarijs, non aūt de iudicibus de legatis, ut ostendi, supra eod. in uers. et ideo. nu. 42. & sic nil facit ad propositū.

33 Tene cōem conclusionem. s. q̃ speciale sit in legato pro consulis, q̃ ei mandari poßit cognitio criminum, p tex. in. l. 1. C. de offic. procons. idq; ueniini alij potest, ideo recte ait, tex. in l. solent. ff. eo. titulo, illud mandatū esse extraordinarium. i. insolitum & speciale, in alijs ergo erit firma cōclusio, q̃ cognitio causarum criminaliū non possit mandari, quam tñ multipliciter restringe, ut dixi inf. lib. 4. in uerb. imperium, nu. 4. cum mult. seq. Videamus

34 mus nunc an præses ualetudine aduersa detentus cognitionem hmõi mandare poßit, ut potest quando proficiscitur, Pet. Cyn. And. de pisis Gul. de cun. Rayn. Barto. Albe. de rosa, & Alex. in hac. l. 1. nu. 56. tenet q̃ sic, idem tenet Bal. in l. imperium. ff. de iur. om. iud. & Sal. in l. placet, Inf. C. de pedan. iudi. & Abb. in c. q̃d sedes, de offic. ordin. & ita se habet cōis opinio, quæ multis ra

35 tionis fulcitur. Primo quia eadem est ratio in egrotante, quæ est in proficiscēte, ergo idem ius. l. milites agrū, in princ. ff. de re milit. c. inter incorporalia, de translat. prælat. Secundo per tex. in l. 1. ff. de offi. consul. Tertio quia equiperantur absentia, & egritudo corporis. l. si longius, in princ. ff. de indic. l. aut si ualetudinem. ff. de procur. & c. 2. eod. titulo. lib. 6. Quarto adducitur tex. in l. quæstū. ff. de re iud. ubi sententia lata cōtra laborantem aduersa ualetudine, non ualet, quemadmodum si esset lata contra absentem non citatum. l. ea quæ. C.

36 qūo & qñ iud. Quinto adducitur q̃ in casibus exceptis à regula fit extensio ex identitate rationis, secundum Doct. c. cū dilecta. uers. nos igitur, de confirm. util.

uel inutil. & ibi not. Docto. Sexto facit id quod not. Gul. & Ang. in l. prætor. ff. de iur. om. iud. de qua ta-
37 men decisione uide ibi Alex. Septimo bene facit quod not. Bal. in l. fi. de excusatio. tut. dum dixit q ratione aduersæ ualetudinis quis posset seruire per substitutũ, ubi alias non admitteretur, et ita dicit etiam ipse in c. si qs decesserit, in tit. si de feu. fue. cõtro. inter domi. et agna. ubi dicit q in casu necessitatis officialis potest seruire p substitutum alleg. d. §. probibemus, in authen. de collato. & ad hoc est bonus tex. in l. agentes, uers. quod si more bo. C. de agen. in reb. lib. 12. qui proprie loquitur de impedimento infirmitatis, & not. And. de Baru. in l.
38 comperimus. C. de proxi. sacro scrin. lib. 12. Contrariam opinionem tenuit Fulg. qui in hac. l. 1. dicit quosdam tenere q propter aduersam ualetudinem non posit mandari iurisdictio specialiter tributa per hunc tex. & ideo secundum eos distinguẽdum uidetur q si aduersa ualetudo est breui duratura, expectandum est argum. d. l. longius, & l. pen. in fin. ff. de uaca. mune. sin autem longo tempore duratura uidetur tunc debet alius dari per principem argum. l. fi. C. de offic. præfect. urb. facit. l. penul. C. de pedan. iudic. & expreßius, in d. l. longius facit tex. in authen. de coll. §. ad hæc probibemus, & in authen. ut nulli iudic. in princ. & §. ad maiorem, & in authen. de mand. princ. §. illud uersic. eos autem, & sic excipitur unus casus tantum, secundum hanc opinionem quam uidetur probare tex. in c. si pro debilitate, in fine. de offic. deleg. idem tenet Ioan. and. in addit. specul. in titu. de iurisdic. om. iudic. super uers. ad huius, ubi etiam refert dominum suum, scilicet Marti. Sili. ita

tenuisse

tenuisse per istum tex. pro hoc etiam alleg. gloss. in d. l. placet, in uerb. ex officio ut per Alex. hic nume. 38. & hæc opin. uerior uidetur. quicquid dicant alij qui
39 communiter tenent contrarium. Maxime quia illa uerba, non aliter, posita in hoc textu inducunt formam & solennitatem, ut per Bartol. in l. de his. ff. de transactio. & in l. fin. C. de uend. reb. ciuit. lib. 11. & Rom. in consil. 66. uir eximie, uersic: his tamen non obst. & consil. 400. in proposita consultatione Alexan. in consil. 27. uiso T hemate, col. 1. lib. 6. Felyn. in c. cum dilecta, colū. 9. uersic. sextum signum, de rescript. Dec. in consil. 28. pro resolutione antesi. Ias. in l. de pupillo, in principio, col. 1. uersic. tertio pondera. ff. de oper. no. nunc. & in consil. 167. motiuis, col. fin. lib. secundo. Tiraquel. in tract. de retract. conuentio §. 4. in glo. 7.
40 fol. 934. numero. 14. Item exceptio in uno casu facta, & sic in casu profectionis, firmat regulam in alijs non exceptis, ut per Bart. in l. quæsitum. §. denique. ff. de fund. instru. Dec. in l. 1. ff. de reg. iur. facit etiā pro hac opinione id quod uulgo dicitur q̃ dispositio legis expres
41 sa facit cessare tacitam. l. cum ex filio. §. 1. ff. de uulg. et pup. trauet. in cōs. 35. nu. 5. uol. 1. cū ergo expressum sit hic q̃ nullo alio casu mandari pōt cognitio legis iulie, q̃ si p̄ses p̄ficiscatur, sine dubio nō est locus cōiecturis, & sic tacite dispōni, et interp̄tationi. l. cōtinuus. §. cum ita.
42 ff. de uer obl. Obstat cōtra hoc, quia ēt dictio taxatiua non excludit casus similes, uel hn̄tes eandē aut similē rōnē. l. 1. §. 1. cū glo. ff. si mēsor fal. mod. dix. l. ob es. cū glo. 1. & ibi Bar. C. de p̄d. min. l. his solis. C. de reuo. donat. l. argētarius. in prin. ff. de eden. l. cū qui. §. si petenti,

cum glo. 1. in uer. dũtaxat. ff. de publ. & l. serui noĩe, cũ glo. in uerb. possidere. & ibi Bart. ff. de usucap. & cle. exiui. uers. cũ aũt. de uerb. sig. & glo. in l. cum ptor. in uerb. uidetur. ff. de iudi. & in l. illud. in uer. aliã cãm. C. de sac. san. ec. & in l. fi. C. de reuo. dona. & in l. cõtractus. ff. de reg. iur. Bart. in l. si constante. in. 9. q. primæ part. prin. ff. sol. matri. Bal. in l. nullus. C. ad leg. iul. maiest. Tiraquel. in trac. de retract. cõuentional. glo. 1. fo.
43 842. nu. 6. Aduerte ad tex. in l. ob es. C. de pd. mino. nõ potest inde colligi hæc cõclusio, quia punctus faciendus est statim post uerbũ minorũ, & erit sensus q ob es minorum pdia uendi possunt tm causa cognita. i. non aliter q̃ cum causæ cognitione, et sic ille tex. hoc modo intellectus de plano procedit, prout ego latius scripsi in li-
44 bro primo uariarũ lectionũ. Ad tex. in l. his solis. dic ut ego scripsi in cõmentarijs ad l. cum mulier. ff. sol. mat.
45 nu. 1552. ubi oĩno uide. Deniq; dic q dictio taxatiua semp excludit oẽs casus, pter expressos Bar. in l. 1. ff. si quis iusdi. non obtẽp. facit tex. in l. non solum. §. tale. ff. de lib. lega. & Bar. in l. si sic stipulatus. la secũda. col. 2. uers. fallit si esset. & ibi Ang. ff. de uerb. oblig. & Bar
46 to. & Ang. in l. qui in futurum. §. 1. ff. de pac. Intel lige autem expressos uel in illa eademq; lege, uel in alia. per tex. in l. non est nouũ. ff. de legib. & hoc est quod dicunt docto. etiam casus similes comprehendi, ut supra dictum est, nam hoc uerum est dummodo sint in aliqua alia lege expressi, hi enim sunt casus similes, quos dictio taxatiua non excludit, & ita loquuntur omnes leges taxatiuæ, nam quando ostendere uolunt Doct. q alij casus non excludũtur, id probant per aliquem alium casum spe
cialiter

cialiter in aliquã alia lege expressum, nõ per aliquam legem quæ per uiam regulæ loquatur. regulariter ergo excluduntur omnes casus etiam similes, nisi aliquã lege specialiter sint expreßi, quod etiam probat Dec. in l. 1. in fi. ff. de reg. iur. & doctrine aliorum doctorum, qui uidentur simpliciter loqui de casibus similibus, sic debẽt intelligi, ut intelligantur secundũ leges quas ipsi allegãt, iuxta doctrinam Bart. in l. non solum. §. si liberationis.
47 ff. de libe. legã. Deniq; in materia exorbitãti nõ fit extensio etiam ex identitate rationis, nisi ratio sit expressa secundum glo. in. §. 1. in uerb. curationem, in auct. ubi q oblig. res mino. hab. cle. 1. in uerb. eligatur, de elect. Alexan. tradit in l. si ita stipulatus. §. chrisogonus col. pen. ff. de uerb. oblig. & in l. si constante, in princ. ff. sol. mat. Dec. in l. qui se patris, col. 7. ad fi. C. unde lib. l. quod uero. ff. de leg. l. aduersus. C. de nupt. c. 1. & . 2. de fil. præsbit. arch. in c. hoc. 17. q. 2. Abb. in cons. 1. col. 2. circa fi. lib. 1. crauett. cõsil. 173. nu. 3. & . 4. maxime
48 quando materia est etiam stricti iuris. Immo nec etiam ex maioritate rationis fiet extensio in materia exorbitanti nisi simus ĩ materia fauorabili, ut tradit Ias. ĩ rub. ff. de re iud. col. 3. uers. secundo quia, et crauett. in cons.
49 173. nu. 11. uol. 1. Omnes autem fatentur q; iurisdictio delegata est odiosa & restringibilis, c. cũ olim abbas. et c. de causis. de offic. deleg. Paul. de cast. cons. 3. nume. 7. lib. 2. Bald. in l. non sine. C. de bon. que lib. Alexã. in l. more, col. 1. numer. 5. ff. de iurisdic. om. iudic. & numer. 13. in fin. per not. in c. 1. de rescript. lib. 6. Multo magis hoc obseruabitur in casu in quo minor ratio subsit, tunc enim non fit extensio etiam in materia extendibili, l.

lege iulia.§.hoc capite.ff.de rit.nup.cap. fin. de transf-
lat.prælat. ubi dispensatio concessa ob publicam utilita-
tem, quæ solet extendi, non extenditur ad casum, in quo
minor sit ratio. facit text. in cap. super quæstionum.§.
si uero.ff.de offic.deleg. Bald. in simili.in cap.1.§. na-
turales iuxta fin. si de feud.fue. controuer. inter dom.
& agnat.tradit Alexand. in cons.29.col.2.uers. præ-
terea si redeuntibus, uolum.6.Dec.cons.261.col.5.&
cons.684.col.1.ad fin. Soc.in cons.9.col.2. in fin. lib.
2.quod autem non subsit eadem ratio in egrotante, quæ
est in absente, patet ad sensum, quia absens nullo modo po
test ius dicere. Infirmus & egrotans, licet cum difficul-
tate & forte cum periculo ius dicat, tamen potest ius di-
cere, & sic non est penitus omnimoda, & eadem ratio
in utroque casu, & sic potest sustineri, quod ualetudine
aduersa detentus, etiam graui, non potest mandare iuris-
50 dictionem specialiter tributam. Amplius dico quod li
cet diuersitas rationis non appareat expresse, tamen nō
fit extensio, quando solum dubitatur, an eadem ratio sit
in utroque casu, maxime in his quæ sunt contra ius com
mune, tradit Salic.in l.2.col.8.C. de noxal. & Alex.
in cons. 207.col. 4.lib.6.hinc dixit Corn. in cons.253.
col.2.post medium lib.4. quod ubi in aliqua dispositione
plures rationes aßignari possunt, non potest fieri exten-
sio de uno casu ad alterum. Crauett.in cons.67.nume.6.
51 & 7.uolu. primo. Ideo cum constitutio stricti iuris
hoc non dicat, nec nos dicere debemus l.quicquid astrin-
gende.ff.de uerb.obligat.l. si seruum.§.non dixit præ-
tor.ff.de acq.hered.Crauett.in cons.140.numer.6. Si
enim id uoluisset expreßisset l.unic.§. sin autem ad de-
ficientis.

ficientis. C. de caduc. tollend. c. ad audientiam, de decim. c. maiores de baptism. talis enim expreßio modicam car tam occupasset. Ioan. And. in c. inter, de re iudic. & in c. super eo. de appellat. Oldra. in cons. 266. & negligi non debet quod non est modicum, arg. l. cum de indebito,
52 *ff. de probat. Crauett. cons. 175. numer. 5.* Denique *res caret omni scrupulo, cum lex expresse dicat quod nō alias mandari poterit, quàm si proficiscatur, quæ uerba tollunt penitus omnem potentiam delegandi in quocunque alio casu, ut per* Bart. *in l. gallus in princ. ff. de liber. & posthum. ibi Ias. col. 1. & alij per glos. in c. 1. de reg. iur. lib. 6. Ias. in l. pacta quæ cōtra, nu. 4. uers. in ea. C. de pact. & bar. in l. de his. ff. de trāsact. et bal. in l. 1. col. fi. C. de fideic. et in l. 1. ff. de iniust. rup. et irr. test. et Ias. in d. l. gallus, ubi dat sex exēpla ad hoc ppositū, q̄ uide omnino, col. 4. quod sine dubio procedit in casu nostro, cum lex usa fuerit uerbo futuri temporis, ait enim non poterit, & sic tollitur difficultas mota, per Ias. in dicta l. Gallus, col. 4. uers. contra istam per ea quæ tradit* Bart. *in l. cum lex. col. penult. ff. de fideiusso. ubi ait hanc conclusionem omnino esse ueram, ut scilicet tollatur omnis potentia, quando negatiua præcedit uerbum potest futuri temporis, & per hæc patet quod aduersa ualetudine detentus non delegat ea quæ specialiter sunt tributa, licet communis opinio sit in contrarium.*
53 *An aūt occupatus publicis negocijs poßit mandare cognitionē cārum criminaliū, et alia spāliter tributa quēadmodū posset si pficisceretur, satis uidetur determinata q̄stio ex supradictis, & est cōis conclusio q̄ nō, ut per* A lex. *hic col. 17. nu. 60. tñ aduertēdum est q̄ doct.*

putãt hãc cognitionem esse meri imperij, & ppea ponunt conclusionẽ de mero impio, ego cõtra puto, s.q. nõ sit meri imperij, sed iurisdictionis, ut dixi supra, in uers. huius rei, nu. 10. tñ q. nõ possit delegari, in hoc teneo cõem opi
54 nionem. Primo adducitur p hac opiõne tex. in l. placet C. de pedan. iud. in uers. quod nõ ita. Secũdo adducitur in hac l. 1. uers. nõ aliter itaq; et hic adduci possunt ea q̃ dixi in pxima cõclusione, q̃ nõ repeto, sed mirũ in modũ
55 conueniunt. Limitatur hæc cõclusio, p Gul. de cun. & Bart. et Ang. ut nõ pcedat qñ impedimẽtum & occupatio pcedat ex multitudine similium cãrum criminaliũ arg. l. 2. post princ. C. de his qui à latro, sed rñdet Alex. nu. 62. q. ibi talia nõ delegãtur p modum trãsferẽdi iurisdictionis & cõiter nõ tenetur hæc limitatio, p qua tñ adducitur tex. in l. sed et milites circa princ. ff. de excus. tut. ubi quis nõ utitur priuilegio cõtra sibi parem, l. non solũ. § de uno. ff. de rit. nup. rñde ut hic p Alex. nu. 62.
56 Tertio quia uidetur esse eadem rõ quæ est in absentia, ergo idem ius l. illud. ff. ad l. acquil. immo nõ, ut infra uidebimus. Quarto pro hac limitatione põt adduci tex. in c. fin. de offic. deleg. ubi si cõmittitur officium cum iurisdictione non potest delegatus subdelegare, quia uidetur electa industria personæ secundum Doct. Quod fallit in legato sedis apostolicæ cui hoc cõmissum est, potest enim subdelegare ea ratione, ut ibi tradunt Doct. quia præsumitur occupatus uarijs negotijs publicis, & sic occupatio publicorum negotiorum uidetur prodesse ad hoc ut fieri possit delegatio, dic potius secundũ Doct. q. ex prærogatiua dignitatis hoc est concessum est legato apostolico, ut inqt Alex. nu. 63. obiter nota q. hæc decisio admissa

57 *missa in legato apostolico destruit illam conclusionem, quam cõiter tradunt* Doct. *q. propter excellentiam & magnitudinẽ magistratuũ p̄sumatur eẽ electa industria persone, nã potius dicendum esset q. pp dignitatẽ & magnitudinem magistratus non debeant cogi personaliter*
58 *seruire, ut dixi lib. 1. in declaratio. nu. 20.* Cõtrariam *sñiam in hac limitatione tenet* Fulg. & Rom. *in hac. l.* & Alex. *col. 17. nu. 61. per hunc tex. qui tm̃ excipit ca*
59 *sum profectionis.* Maxime *quia facienda non est extensio de absente ad occupatum publicis negotijs, nã ut inquit* Alex. *absentis appellatione non continetur occupatus, nec large nec stricte, nec eqperantur in hac mate*
60 *ria, absentia & occupatio, ideo nõ ualet argumentum, p*
61 *ea q̃ tradit* Alex. *in cõs. 207. uol. 6.* Nec *subest eadem*
62 *rõ penitus in utroq; ut dixi de infirmo.* Itẽ *hoc probatur euidenter secundũ* Alex. *in l. placet in uers. quod nõ ita. C. de pedan. iudic. ubi paria nõ sunt q. qs sit ĩpeditus occupationibus publicis, et q. sit absens, deniq; habemus legẽ expresse dicentẽ q. in nullo casu nisi ĩ casu absentiæ talia mãdari possunt, & sic uerbo expresso standũ est et dispositioni expresse, ut de contractu tradit* Oldrad. *in cons. 159. ex p̄senti themate, et* Dec. *in cons. 32. col. 2. et* Crauett. *in cons. 20. nu. 4. postremo huc aggregãda sunt oĩa quæ supra adduxi in p̄xima questione, q̃ breuitatis causa nõ repeto, & ex his patet euidenter, q. occupatus ẽt publicis negocijs, nõ põt mãdare ea quæ ex suo officio tenetur cognoscere, ẽt si occupatio et impedimẽtum proueniat ex paribus, uel ẽt maioribus negocijs, per supra dicta, per tex. in l. placet. C. de peda. iudic. & in hac l. 1. in uers. non alr, & ita se habet cõis opinio, & uera.*

L. 1. VERS. CVM ALIAS IVRISDICTIO.

Probibitio in specie præsupponit licitum in genere & è contra, numero.1.
Aliàs quomodo exponitur, numero.2.&.3.
Cognitio criminum est iurisdictionis non imperij, nu.3.
L.solent in princ.ff.de offic.pcons.quõ procedat, nu.4.
Componens sarcinulas an delegare poßit, nu.6.
Debilis an poßit mandare specialiter tributa, nu.7.
Infirmitas suorum an sit iusta causa delegãdi specialiter tributa, numero.8.
Iurisdictio sine causa an mandari poßit, numero.9.& sic usq; ad nume.11.immo non, nume.12.
Maxime quomodo accipiatur, nume.13.
L.prætor in uerb.maxime.ff.de iur.om.iudic.quomodo procedat, numero.13.
L.placet.C.de pedan.iudic.quomodo procdat, nu.14.
L.eulora sine causa mandari possunt, nume.15.
Causæ propter quas iurisdictio mandari potest, nu.16.
Mixtum imperium an mandari poßit à præsente, & an transeat cum generali mandato, nu.17.&.18.19.

1 IVrisconsultus concludit argumentum per locum à speciali, cum enim lex ĩdulserit q̃ in casu profectionis mandari poßit cognitio huiusmodi, euidens est argumentum q̃ antea mandari nõ poterat, nã si talia mãdari potuissent, non fuisset necesse nominatim & specialiter cauere q̃ à proficiscente

proficiscente mandari posset, & ex hoc demonstratur q. cognitio huiusmodi est species iurisdictionis, non autem imperij, aliqui non recte argumentaretur iurisconsultus; nam si cognitio hæc, est meri imperij, nõ est forte argumentum dicere, cognitio hæc ex eo mandari non posse ostenditur, quia nominatim cauetur q. à proficiscente mandari posit, cum alias iurisdictio mandetur etiam à præsente. Quid enim attinet hic inculcare iurisdictionem cum de mero imperio loquamur? nam dato millies quòd iurisdictio mandari poßit, non per hoc fortificatur argumentum, quòd merum imperium mandari non poßit, sed erit casus omissus qui relinquitur in dispositione iuris communis. l. si uero. §. de uiro. ff. solut. mat. l. commodißime. ff. de lib. & posthum. cum simil. tamen hic uersic. adiectus est ad fortificandum & concludendum argumentum, quod supra dixit esse fortißimum, cum enim lex probibet aliquid in aliqua specie præsupponit licitum esse in genere l. qui testamento. §. mulier. ff. de testamen. l. ex eo. ff. de testib. & è contra quando lex indulget aliquid in aliquo casu seu aliqua
2 *specie, præsupponit quod in genere sit probibitũ.* Expone *igitur alias idest extra hos casus speciales, ita etiam ponitur in l. qui testamento. la secunda. §. mulier. ff. de testa. & sic præsupponitur quòd illi casus speciales sunt excepti ab hac regula generali, quæ est quòd iurisdictio mandari potest à p̃sente, fallit in his q̃ specialiter tributa sunt, hæc. n. non nisi à pficiscente mãdari pñt.* Et q. *hæc dictio alias ponatur exceptiue tradit* Albe. *in suo dictionario, in uerb. alias & allegat tex. in. d. §. mulier cui.*

consimilis omnino est text. noster. Ponitur ergo exceptio ad regulam, ex quo sequitur quod cognitio est iurisdictionis non imperij, alioqui non esset bona exceptio, ut esse debet secundum Dyn. in rub. de regul. iur. lib. 6. & Bart. in l. in his. ff. de legibus. & Dec. in d. l. 1. num. 26. praeterea uerb. alias importat conditionem, & exponitur si ita factum non fuerit, l. diuortio. post princip. & ibi glo. in uerb. alias. ff. de neg. gest. & in l. alias, & ibi glos. ff. de iure iurand. & Bart. in l. 1. col. 4. uer. quinto, quaero. ff. de cond. & demonst. & in tract. tiberiad. de alueo. in uerb. alias, & Soc. in consil. 51. col. 3. nume. 9. uers. unde nota, uol. 1. qui sensus in idem recidit, nam erit sensus quod iurisdictio aliàs, id est si non fuerit tributa specialiter, mandari poterit à praesente, & sic etiam hoc sensu recepto clare apparet quod haec exempla hic proposita sunt iurisdictionis species non imperij, ut saepe dixi, nec cuiquam mirum uideatur q. in criminalibus iurisdictio adsit, nam hoc exprimit text. in cap. primo. §. 1. in tit. de pace const. ā. ibi in iurisdictione tam in caussis criminalibus, &c. quae iurisdictio non potest consistere nisi in cognitione, cum ipsa animaduersio non sit iurisdictio, sed merum imperium, ut hac l. 1. §. fin. quod etiam ex alio probatur, quia mandata iurisdictione in legatum transit cognitio custodiarū. l. 1. C. de offi. proconf. et d. l. solent. in princ. imperium autem non transit, ut hac l. 1. §. fin. & nemo est qui nesciat quod manifesta sit differentia inter merum imperium et cognitionē criminum, in d. l. solent, nam ibi dicitur q. legatus habet cognitionem ex mandato speciali, tamen non habet potestatem liberandi,

aut condemnandi, quia inquit merum imperium non potest transferri, sequitur ergo q. cognitio non est meri imperij, alioqui non bene argumentatur iurisconsultus dum dicit liberandi ius huic non competere, quia merum imperium nō potest transferri, si cognitio quæ transfertur est meri imperij, & sic aperte sentit tex. q. cognitio non
4 *est meri imperij.* Non obstat quod dicit tex. in d. l. *solent. ff. de offic. procons. dum ait quod illud genus mandati extraordinarium est, nam id refertur ad potestatem liberādi reos, nō ad cognitionem, qd' patet ex sequentibus, nam reddit rationem quare illud mandatum liberandi reos sit extraordinarium, quia inquit nemo potest gladij potestatem, aut cuiuslibet cohertionis in alium transferre, subdit postea & ideo legatus non habebit ius liberandi, & sic se inuicem declarāt illa uerba. patet etiam quia in legato cognitio criminum non est res extraordinaria, immo ordinaria est. l. 1. C. de offic. proconf. Ideo cum ibi loquatur de legato, non debuit dicere q. illud manda-*
5 *tum sit extraordinarium.* Quid erit si nondum profe*ctus fuerit præses, sed est in pcinctu abeundi, puta componit sarcinulas, an interim causæ alias indelegabiles poterunt mandari, ita q. adhuc presente magistratu delegatus possit incipere exercere iurisdictionem hanc? doct. communiter tenent q. sic, per tex. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. quibus ex cau. maio. quod* Alexan. *hic numer. 54. ait diligenter esse notandum pro limitatione huius legis, de qua ut ipse ait, alij mentionem non faciunt, post eum tamen idem tenuerunt communiter doct. ego puto quod nō aliter se intromittet is cui mandata est*

iurisdictio, q̃ si preses abesse ceperit, ut expresse ait tex. noster in uers. non aliter, cui standum est. l. prospexit. ff. qui & à quib. non. n. potest dici q̀ abesse cõperit, is qui cõponit sarcinas, nec est congruum q̀ tantus magistratus suis manibus componat sarcinas, Ideo cum cessent uerba legis, cessabit dispositio. l. 4. §. toties. ff. de dam. infect. cũ simil. facunt ea quæ paulo ante adduxi in alia quæstione, in qua tractatũ est de infirmitate detento, dicāt alij quicquid uelint.
6 Amplius tenet Alex. q̀ reuerso presidẽ durabit delegatio intra illud modicum tempus, quo explicat sarcinulas, quia interim reputatur absens per text. in d. §. sed quod simpliciter, quod ante eum scribit Cyn. in hac l. 1. ego contrarium teneo per hunc tex. in d. uers. non aliter. Idemq; ait obseruandum si rediijt statim recessurus, interim enim non expirabit delegatio, arg. tex. in l. cum alijs. C. de curat. furio. quod etiam ante eum tenuit Cyn. et Albe. hic arg. l. 3. ff. de diuort. quod ego intelligo, dum tamen interim presente magistratu, is cui mãdata est iurisdictio se se non intromittat, per hunc tex. in
7 uers. non aliter. Dec. ausus est in hac l. 1. col. 22. nu. 73. dicere magistratui competere potestatem mandandi ea, quæ specialiter tributa sunt, etiam in casu debilitatis, quãquàm enim hæc sunt diuersa, ut colligitur in rub. de cleri. egrot. tamen secundum eum equiparantur. c. si qui testium de testib. cum simil. tradit Dec. in c. si pro debilitate, in princ. de offic. deleg. Ego idem concludo q̀ in detento aduersa ualetudine concludendum duxi, suprà eo. in uers. non aliter. num. 38. cum mult. seq. ibi omnino
8 uide, quia ex eis patebit responsio, ad argumenta Decij,

qui

qui etiam audet hoc producere ad eum qui suorum infirmitate occupatus est, per tex. in c. communis filius, ubi glo. 23. dist. facit text. in c. sciant cuncti. de elect. lib. 6. & in c. quoniam. de immunit. eccle. eo. lib. & in c. quicunq; de senten. excom. eo. lib. In cōtrarium *facit tex. in l. fin. C. qui morbo se excu. lib. 10. ubi filius non excusatur à muneribus publicis propter infirmitatem patris, & hoc uerius est, maxime quia lex quæ aliquando indulget facultatem talia delegandi non se fundat in occupatione aliqua, nec in impedimento, tunc enim credo q̄ quālibet iusta causa occupationis & impedimenti sufficeret, prout absentia, sed loquitur de impoßibilitate per rerum naturam, ideo non debet trahi ad causatiuam, aut ad incommoditatem, aliud est enim impoßibile, aliud incommodum, maxime in materia stricti iuris, faciunt ea quæ dixi supra in uers. non aliter, numer. 38. cum mult. seq.*

9 *Ait lex q̄ iurisdictio à præsente mandari potest, an autē paßim & pro arbitrio ab otioso, & delicato sine causa mādari poterit? tex. noster non aperit, an semper, et sine causa poßit mandari, ait tamen simpliciter, q̄ à præsente mādari potest, ideo fere oēs* Doct. *per comperto habēt, q̄ ēt sine causa iusta, iurisdictio mandari pōt, differt autem hæc questio ab altera quæ supra disputata fuit in uers. nō aliter. nu. 5. ibi enim agitur de cognitione causarū criminalium, quæ regulariter est indelegabilis, quia specialiter tributa est, in hac autem tractabitur de iurisdictione ipsa quæ competit iure magistratus, & quæ mandari potest regulariter.*

10 Pro communi opinione, *quod etiam sine causa iusta mandari poßit iurisdictio, à docto-*

adducitur tex. in hac. l. 1. in hoc uers. cum alias, qui tex. simpliciter loquitur, & ait q iurisdictio etiam à præsente mandari potest, nec distinguit unum casum ab altero, ergo nec nos distinguemus. l. de precio. ff. de public. cum uulgarib. adducitur etiam tex. in l. solent. §. 1. ff. de offi. proconf. ibi sicut autem mandare iurisdictionem, uel non mandare est in arbitrio proconsulis, item tex. in hac. l. 1. §. fin. uers. uerius. Item tex. in hac. l. 1. in prin. uers. quæ uero, ubi ait q ea quæ iure magistratus competunt mandari possunt. Item tex. in l. more. ff. de iurisdic. om. iudic. ubi ait lex simpliciter quòd qui iurisdictionem habet suo iure, non alieno beneficio, eam mandare potest. Item tex. in l. solet. ff. de iurisdic. om. iudic. & in l. prætor. eod. titul. & in l. unic. C. qui pro sua iurisdictio. iudi. dar. quæ leges omnes simpliciter aiunt q mandari potest iurisdictio, nec distinguunt an cum causa an sine, ergo nec nos distinguemus. l. de precio. ff. de publican. cum simil.

11 Pro eadem opinione adduci potest tex. in d. l. prætor, in fin. ff. de iurisdic. om. iudic. ubi ait q prætor etiam unam causam delegare potest, maxime cum iustam causam suscepte ante magistratum aduocationis alterius partis habuerit, sentit ergo q etiam si non habuerit hanc iustam causam, poterit delegare, quod innuit uerb. maxime ibi positum, quæ dictio includit utrunq; casum, & idem ius statuit, ut ait glo. in l. illud. ff. ad l. aql.

12 Contrarium mihi uidetur uerius scilicet q nemo possit sine causa iusta mandare iurisdictionem, nam expresse statuit imperator q præsides ipsi & administratores per se causas omnes expediant, tam ciuiles quàm crimi-

nales,

nales, & ita se segerant, ut non emergat necessitas aliquem loco sui destinare. authen. ut nulli iud. §. si uero cōtra ipsum, uult enim q omnis labor & omne periculum regiminis impendeat ipsis administratoribus, nec dantur officia, ut ille maneat in delitijs, authen. de tabellio. §. 1. & tradit Ias. in l. à iudice, col. 1. nume. 2. C. de iud. melius enim ac perfectius & maiori cum honore causæ agitantur coram præsidibus ipsis, ut in auth. ut defunct. seu fune. § illud. Idem probat tex. in l. prætor, in fi. ff. de iurisdic. om. iudic. ubi ait q prætor etiam mandare potest iurisdictionem in personas certas, & ad unam speciem, maxime si subsit iusta causa aduocationis antea su
13 scepte, ibi. n. illa dictio maxime, non stat cōparatiue, sed exponitur pro certe, ut fit inst. de pena teme. litig. in princ. facit quod tradit Alex. in cons. 77. numero. 16. uol. 3. ubi ait q dictio maxime quando iungitur uerbis importantibus causam finalem, tunc abundat uel stat taxatiue allegat Ioan. and. & Ant. de but. in c. ad abolendam. de fil. præsbyter. qui ibi hoc tenent. Vel potest dici quòd includit aliam causam non expressam, idest si ex alia causa iusta hoc faciat, maxime autem ex causa aduocationis, & ita stabit proprie, sed quòd sine aliqua causa iusta possit fieri talis delegatio, hoc non dicit ille text. Immo, ut dixi omnino præsupponit quòd non possit fieri sine aliqua iusta causa, maxime autem ex causa aduocationis suscepte fieri posse dicit, alioqui si etiam sine causa fieri posset, frustra adiecit lex quòd id maxime fieri potest ex causa iusta aduocationis suscepte, debuit enim tacere totum illud, uel saltem sufficiebat

dicere, maxime cum iustam causam habuerit. Praesupponit ergo ille tex. quòd non nisi ex causa iusta fieri debeat talis delegatio, inter quas iustas causas maxime connumeratur suscepta aduocatio alterius partis, Iustam autem causam interpretabimur, idest legitimam
14 & à lege approbatam.l.3.§.de illo.ff.pro soc. Idem probat tex. ineuitabiliter in l placet. C.de pedan. iudi. ubi ait quòd non aliter dari põt pedaneus iudex à magistratu, nisi per occupationes publicas, uel propter multitudinem causarum, omnia negotia non poßit cognoscere, & ibi sine dubio loquitur de causis delegabilibus, nam postea in sequen. uersic. loquitur de his quae magistratus ipsi ex suo officio, idest personaliter, & per seipsos expedire tenentur, & ait, quòd ille causae etiam ab occupatis ob publica negocia, uel ob multitudinem causarum delegari non poßunt, debent igitur iudices ipsi omnes causas etiam delegabiles per se se expedire, ut dicit ille tex. ibi notionis sue examen adhibere, & sic Regula erit quòd magistratus qui in aliqua sunt potestate, non poßunt arbitrio suo iudicem dare, etiam in causis delegabilibus, etiam si sint impediti. Primo fallit in negocijs leuioribus, quae omnino
15 poßunt delegari, etiam ab ocioso praeside, immo superfluum est adire praesidem pro talibus negocijs l. finali. C. de pedan. iud. Scdo fallit in causa in qua ante
16 magistratum susceptum alteri parti patrocinium, & aduocationem praestiterat, haec enim maxime iusta est causa delegandi.l.praetor, in fin. ff. de iurisdictio.omnium iudic. Tertio fallit in eo magistratu qui est,

occupatus

occupatus publicis negocijs, tunc enim potest dare iudices pedaneos. d. l. placet. C. de pedan. iudic. in princip. Quarto fallit quando celeritas desideratur, & sic quando mora in periculo est, ut in casu, de quo in l. i. & l. 4. §. duas. ff. de damn. infect. Quinto fallit quãdo pficiscitur, ut in hac l. prima. Sexto fallit in eo magistratu, qui ob multitudinem negociorum, non potest similes causas expedire, tunc enim delegare potest. d. l. placet. uers. ita tamen. Restringe ut in prædictis casibus non poßit delegare causam ingenuitatis & libertinitatis. d. l. placet. in fin. Restringe ut procedat in causis delegabilibus, alioqui quæ sunt indelegabilia, etiã in casibus predictis non possunt delegari. d. l. placet. uers. quod non ita. Fallit ultimo ex omnibus causis, ex quibus iudex recusari potest, quas multas enumerat Maranth. in speo. aur. in ultima parte iudicij in uers. recusatio fol. 84. in magnis, pro hac limitatione facit text. in d. l. pretor. ff. de iurisdictione omnium iudicum.

17 Maius dubium est, an etiam imperium mixtum à presente mandari poßit, cõmunis opinio est ꝙ non poßit mãdari. tamen ego teneo contrarium, ut dixi supra lib. 1. in declaratio. nu. 24. & nu. 69. et nume. 91. et late probat Alcia. in c. quod sedẽ, de offi. ord. quã opinionẽ et tenuit Fulg. in hac l. i. & probat tex. in hac l. 1. §. fi. & in l. fina. hoc titu. & dicam late lib. 4. in uersi. paul. not. numero 1. cum multis sequen. pro qua opinione optime facit tex. ratio ineuitabilis, scilicet quòd de coherentibus idem est iudicium, l. quæ religiosis. ff. de rei uendic. et ibi Alber. colũ. fina. Idem tradit Bald. in c. proposuit, nu-

me.3.de appellation. & Dec.in c.translato.colū.2. nume.5.de constitutio.facit quod uulgo traditur quòd unitorum eadem est ratio.ut ait Bald. in l.item si fundi. §. huic.ff.de usufruc.& connexorum idem est iudicium.l. eum actum. §.1.ff.de nego.gest.& ibi Barto. in secundo notab.& Ioan.neuiz.in silua nuptial.fol.45.colū.4.in uerb.à connexis.& Fely.in c.auditis,colū.8. nume.18. uersi.prima declaratio,& colū.10.uersi.quarta declaratio.de præscrip.Idem Felyn. in c.translato. nume.3.& nume.6.de constitu.& ibi Dec.colū.2.nume.5. quā ob rem cum imperium mixtū nihil aliud sit,q̄ id quod cohœret iurisdictioni.l.imperium.ff.de iurisdictio.om. iud.mirum non est si assumit naturam iurisdictionis, & sic mādari potest, prout mandatur iurisdictio, per supradicta, & in terminis est tex.infra eodem.§.fina. & d.l.fina. hoc titu.& text. in l.2.ff.de iurisdictio. omnium iudic. nec distinguitur an istud mixtum imperium sit paruum, aut magnum,nam qualecūq; sit, dūmodo cohereat iurisdictioni,dicitur mixtum,nec aliter dicitur mixtum, nisi cohereat iurisdictioni, d.l.imperium. & ideo eodem iure censetur quo iurisdictio.& ita mandari potest per supradicta,quicquid dicant doct.in hac l.1.& in d.l.2.& in d.l.imperium, ad argumenta contraria quæ inculcantur à doctoribus, patet responsum ex his quæ dixi remissiue supra lib.2.in declaratic. nu. 76.& 77. & latius infra lib.quarto, uersic. Paul. not.2. usq; ad nume.14. ubi hæc quæstio disputatur ad partes, sit ergo contra cōmunem firma conclusio quòd mixtum imperium man-
18 dari potest non minus quàm iurisdictio. Amplia procedere

cedere etiã si magis participaret de mero imperio quàm de mixto, ut dixi lib. primo. in declaration. nume. 95. licet multi contra, ut ibid. numero. 82. Amplia procedere siue causæ expediantur per decretum siue per sententiam diffinitiuam, ut dixi ibidem, numero. 96. licet aliqui cõtra ibidem numero. 87. Amplia procedere, in quocunq; gradu sit huiusmodi mixtũ imperium, quia semp. militant ea quæ supra dixi, quicquid dicat Bartol. in l. imperium. ff. de iurisdictio. omnium iudic. Amplia procedere etiam ut à præsenti mandari poßit, cum enim paulo ante conclusum fuerit quòd habet naturam iurisdictionis, & quòd eodem iure censetur, & quòd illi cohereat, & cum ea transit, non est dubium quòd à præsente mandari potest. Amplia ut etiam transeat in generali mandato, dummodo cohereat tali iurisdictioni, quæ in generali mandato transit, alias secus, ut de iurisdictionę dixi supra eodem, in uers. & ideo, nume. 3. cum mult. sequen. tamen etiã in his in quibus requiritur speciale mandatum sufficit quòd mandatum specialiter loquatur de illa specie iurisdictionis, imperium autem ipsum mixtũ licet non exprimatur cum cohereat uenit in consequentiam. l. 2. ff. de iurisd. om. iudic. & per ea quæ
19 supra dixi. Limita procedere dũmodo subsit iusta causa delegandi, alias secus, prout de iurisdictione mandanda supra dixi, nume. 12. Limita non procedere in magistratibus municipalibus, quia huiusmodi imperium ipsi non habent. l. ea quæ. ff. ad municip. ideo nõ possunt illud transferre, quod non habent. l. traditio. ff. de acqui. rer. domin. l. si filius. C. de donatio. cum simil. Limita non

procedere in eo qui nõ habet magistratum, ut est doctor, qui nec etiam iurisdictionem mandare potest. ut dixi supra lib. 2. ĩ uers. iure magistratus. nu. 77. et 79. ergo etc. Limita non procedere in omnibus qui iurisdictionem mãdare nõ possunt, de quibus locutus sum lib. 2. in uers. iure magistratus. nu. 17. cum multis seq. Limita non procedere in eo imperio quod coheret iurisdictioni specialiter tributę, nam cum hoc casu iurisdictio non transeat in hac l. 1. in prin. multo minus transibit imperium, per supradicta, exemplum est in l. nec mandante. ff. de tu to. & cur. dat. ab his. & in l. 2. hoc tit. & in l. cum potest. §. 1. de iudi. & in l. placet. uersi. quod non ita. C. de peda. iudi. cum simil. reliqua de mixto imperio, uide lib. 4. in uersi. Paul. not. ubi diffusius de eo tractatur, ubi longe plures limitationes ponuntur ad hanc regulam, quę tamen ad has quinq; reduci possunt, ut uidebimus, nunc ista perstrinxisse sufficiat.

Ad laudem Dei optimi maximi, à quo omne bonum proficiscitur.

FINIS TERTII LIBRI.



Bibliopola ad Lectorem.

Quartus liber est sub typographo, & prope diem edetur, interim quia instat dies lectionum publicarum uisum est è re studiosorum esse, hos tres libros iam excussos edere, maxime quia distincta materia Imperij de quo lib. 4. agitur, ab his, quæ tradita sunt in alijs libris, quod boni consulas uelim.

PLACENTIÆ quarto Idus octob. 1551.
In ædibus Bernardini Locheti Typographi Papiensis.

